5. J. 108

HIEROCLIS

PHILOSOPHI ALEXANDRINI

IN

AUREA CARMINA

COMMENTARIUS.

Græcè et Latinè.

Græca accuratiùs nunc recognita, et ad MSS. Codicum fidem exacta, plurimiſque in locis è Gudianâ Medicæi Codicis collatione emendata,

Unà cum NOTIS ſubjunctis,

EDIDIT

R. W. S. T. P. Coll. Jeſ. Cant. nuper Socius.

LONDINI,

Typis *JAC. BETTENHAM:*

Impenſis GUL. THURLBOURN Bibliopolæ Cantab.

Veneunt

Apud J. NOURSE, P. VAILLANT, J. BEECROFT Lond.

MDCCXLII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

CUM hic Hieroclis in Aurea Carmina Commentarius ante annos haud ita multos Cl. viri Petri Needham emendationibus notiſque adornatus Cantabrigiæ prodierit, mireris fortaſſe, Lector candide, quamobrem nos jam de eodem denuo edendo cogitaremus: paucis itaque te præmonitum volumus; nos ſcilicet nequaquam eo animo hoc operis eſſe aggreſſos, ut juſtis egregii illius viri laudibus aliquid detraheremus, aut ab eo rectè conſtituta malevolè carperemus; ſed ideo tantùm, ut ea, quæ ille intacta reliquit, curis noſtris emendata adjiceremus; aut etiam, quibus ille medelam non ſatis aptam adhibuiſſe viſus eſt, ea nos ex iiſdem, quibus ipſe uſus eſt, ſubſidiis accuratiùs recognita, & expenſa, ad ſaniorem ſtatum redigeremus. Huic autem propoſito diligentiùs inſiſtentes haud pauca deprehendimus, quæ Codicis ſui fide edidit Curterius, à Needhamo ad vulgus amandata, & alia minimè meliora in eorum locum ex ipſius ſolùm conjecturâ ſubſtituta; quin & multa pro arbitrio,

 &

& præter Codicum omnium fidem, modò addita, modò mutata invenimus: quod cùm peſſimi exempli eſſe judicaremus, & à ſummis in re literariâ viris jamdudum improbatum videremus, omninò dandam à nobis operam eſſe cenſuimus, ut, amotis ejuſmodi interpolationibus, Græca ad Codicum fidem exacta, & eorum auctoritate, quoad potuimus, emendata tibi exhiberemus. Cæterùm ut feliciùs rem totam perficeremus, maximo nobis adjumento erat MSti Medicæi Collatio, à doctiſſimo viro Marquardo Gudio facta; quam quidem Vir celeberrimus Jo. Albert. Fabricius ante annos aliquot nactus cum Editore Cantabrigienſi communicatam voluit, ſed caſu, neſcio quo, interceptam Jo. Wolfius poſtea Lipſiæ edidit A. C. 1710. Hujus igitur Collationis ope freti Hieroclem ducentis minimùm locis emendatiorem reddidimus. Verſionem denique multis in locis caſtigavimus, & ad Græca aptiùs accommodavimus. Hæc eſt operis noſtri ſumma; cujus ratio tibi è Notis ſubjectis conſtabit, quas tuo lubentes arbitrio permittimus.

SUI-

SUIDAS

DE

HIEROCLE.

ΙΕΡΟΚΛΗΣ. Φιλόσοφος Αλεξανδρεύς. Οὗτος μετὰ τῦ ἀτρέπτυ κ) μεγαλοπρεπῦς εὔῤῥυς τε τὴν διάνοιαν εἰς ὑπερβολὴν, κ) διαφέρων εὐγλωττίᾳ, κ) εὐπορίᾳ τῶν καλλίςων ὀνομάτων κ) ῥημάτων, κατέπληττε πανταχῦ τὺς ἀκροωμένυς. Ἦν δὲ αὐτῷ κ) μαθητὴς Θεοσέβιος, ἀνὴρ, εἴ πέρ τις ἕτερος, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, εἰωθὼς ἀποβλέπειν ἐς τὰς ἀνθρώπων ψυχάς. Ἔλεγε γὰρ ὁ αὐτὸς Θεοσέβιος, ἐξηγύμενον φάναι ποτὲ τὸν Ἱεροκλέα, κύβοις ἐοικέναι τὺς Σωκράτυς λόγυς· ἀπλῶτας γὰρ εἶναι πανταχῦ, ὅπη ἂν πέσωσι. Τῦ δὲ Ἱεροκλέυς τὸ ἀνδρεῖον κ) μεγαλόθυμον ἦθος ἀπέδειξεν ἡ συμβᾶσα τύχη περὶ αὐτόν· εἰς γὰρ τὸ Βυζάν-

τιον ἀνελθὼν προσέκρυσε τοῖς κρατῦσι, καὶ εἰς δικαστήριον ἀχθεὶς ἐτύπτετο τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς. Ῥεόμενος δὲ τῷ αἵματι, βάψας κοίλην τὴν χεῖρα, προσραίνει τὸν δικαστὴν, ἅμα λέγων

Κύκλωψ, τῆ, πῖ' οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα. Φυγὴν δὲ κατακριθεὶς, καὶ ἐπανελθὼν χρόνῳ ὕστερον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, συνεφιλοσόφει τὰ εἰωθότα τοῖς πλησιάζυσιν. Ἔξεστι δὲ μαθεῖν τὴν Ἱεροκλέυς μεγαλογνώμονα φρόνησιν ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων, ὧν γέγραφεν εἰς τὰ Χρυσᾶ ἔπη τῶν Πυθαγορείων βιβλίων καὶ περὶ Προνοίας ἐν ἑτέροις βιβλίοις συχνοῖς· ἐν οἷς φαίνεται ὁ ἀνὴρ τὴν μὲν ζωὴν ὑψηλόφρων, τὴν δὲ γνῶσιν ὐκ ἀκριβής.

TA

Digitized by Google

ΤΑ ΤΩΝ
ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ
ΕΠΗ ΤΑ ΧΡΥΣΑ.

AUREA
PYTHAGOREORUM
CARMINA.

Digitized by Google

ΤΑ [1] ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ

ΕΠΗ ΤΑ ΧΡΥΣΑ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα Θεούς, νόμῳ ὡς [2] διάκειται,
Τίμα· καὶ σέβου Ὅρκον· ἔπειθ' Ἥρωας ἀγαυούς·
Τούς τε Καταχθονίους σέβε Δαίμονας ἔννομα ῥέζων.
Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.
Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιοῦ φίλον ὅστις ἄριστος.
Πρᾳέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
Ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε·
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ. Πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
Μήτ' ἰδίῃ· Πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.

Εἶτα

[1] *τῶν Πυθαγορείων Ἔπη χρυσᾶ.*] Parvi refert, quiſnam fuerit horum Carminum ſcriptor, utrum ipſe Pythagoras, an Sectatorum ejus aliquis, nempe, Lyſis, aut Philolaus, aut Empedocles; de quibus ſatis quæſitum eſt ab aliis, præſertim à Fabricio in Bibl. Græc. Vol. 1. ita tamen, ut in incerto res adhuc maneat, & permanſura ſit. Ipſe certè Pythagoras ea non ſcripſit, per quem jurat Carminum ſcriptor in verſu 47, Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρα ——. nobis igitur ſufficere debet id, quo contenti erant veteres Philoſophi, Jamblichus, Proclus, Simplicius, atque ipſe etiam Hierocles; Hæc ſc. Carmina, tanquam doctrinæ à Pythagorâ traditæ Synopſin, à Pythagoreo quopiam totius cœtûs nomine in Diſcipulorum deinceps omnium uſum compoſita fuiſſe. Quæri porrò ſolet de Titulo quoque, Χρυσᾶ, quando primùm ſic dici cœpta ſint hæc Carmina. Sed parvi hoc quoque momenti eſt, & æquè incertum. Utcunque verò antiqua ſit iſta eorum appellatio, nobis certè non apparet ſcriptor,

qui

AUREA PYTHAGOREORUM
CARMINA.

IMmortales primum Deos, ſicuti lege diſpoſiti ſunt,
Honora: & cole Jusjurandum; deinde Heroas illuſtres;
Cole etiam terrenos Dæmonas legitima faciens.
Honore etiam Parentes proſequere, & eos qui proximè cognati ſunt.
Ex aliis verò pro ratione virtutis amicum facias, quiſquis ſit optimus.
Lenibus verbis obtemperes, atque utilibus factis.
Neque oderis amicum tuum propter leve peccatum,
Quantum poſſibile; poteſtas enim prope neceſſitatem habitat.
Illa quidem ita ſcias: ſed his ſemper imperes;
Ventri primum, & ſomno, dein libidini
Iræque. Nihil vero turpe unquam committe, neque alio præſente,
Neque privatim: ſed maximè omnium teipſum verere.

qui ſic appellaverit, ante quartum poſt Chriſtum ſæculum; quo quidem ineunte Jamblichus in Protrept. expreſſè Ἔπη χρυσᾶ appellat, atque ita poſt eum Chalcidius, S.Hieronymus, Proclus, Hierocles, Simplicius, alique deinceps omnes.

[a] διάκεινται] Nonnullæ Carminum Editt. habent hîc διάκειται, ut notavit olim Sylburg., imperſonaliter ſc., *diſpoſitum eſt*. Sed vera certè lectio eſt διάκεινται, ſc. θεοὶ. Nam ſcriptor vult planè Deorum τάξιν, prout ſecundùm Sphæras diſpoſiti ſunt, uti ipſe explicat Hierocles; qui quator minimùm ſic repetit, ὡς διάκεινται. Atque ita recitat Proclus in Plat. Timæ. p. 62, νόμῳ ὡς διάκεινται, & Jamblichus quoque in Vit. Pythag. n. 144. ſecundùm MS Paris., quo, ut optimo, uſus eſt Kuſter., ὡς διάκεινται, quamvis ille ibi minùs conſultè deteriorem Editionis Arcerianæ lectionem, διάκειται, retinendam cenſuerit; cùm tamen ipſe Arcer. legiſſe videatur in ſuo Codice διάκεινται, ſic enim vertit, *quo conſtant ordine*: adeo ut διάκειται ibi ſit tantùm ex erratis unum, quibus ſcatet iſta Editio.

Deinde

Εἶτα δικαιοσύνην [3] ἀσκεῖν ἔργῳ τε, λόγῳ τε.
Μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε·
Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι·
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι [4] φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
Ὅσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
[5] Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς πράως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.
Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθόσον δύνῃ· Ὧδε δὲ φράζευ·
Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
Προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
Εἴργεσθαι σαυτόν· Ψεῦδος δ' ἤν πέρ τι λέγηται,
Πράως εἶχ'. Ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τελείσθω·
Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ
Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.
Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται·
(Δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρὸς)
Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.
Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκου
Ὅσσα χρεὼν, καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή·
Ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον, καὶ σίτου, γυμνασίων τε
ποιεῖ-

[3] ἀσκεῖν] Stobæ. in Serm. 1. legit ἄσκει, atque ita bis repetit ipſe Hierocles; quod cum Imperativis præcedentibus meliùs congruit.

[4] φιλεῖ.] Editt. pleræque hîc, ut notavit Th. Marcilius, exhibent φίλει, Imperativè; idque, ut opinor, rectè. Nam illa, χρήματα κτᾶσθαι φιλεῖ, non omninò ſonant, uti ab Editore Cant. malè vertuntur, *Divitiæ ſolent poſſideri*. Verbum enim κτᾶσθαι non paſſivum eſt, ſed deponens, quod activè ſemper ſignificat; rectius igitur κτᾶσθαι φίλει, *poſſidere amato*. porro autem Wolfius, aliique haud malè pro ὀλέσθαι lectum malunt ὀλέσσαι; ſic itaque totum verſum

Deinde juſtitiam exerce factis atque verbis.
Nec ulla in re te ſine ratione gerere aſſueſcas:
Sed nôris eſſe in fatis omnes morituros;
Divitias autem aliquando quidem poſſideri ſolere, aliquando perire.
Quibuſcunque porro infortuniis divinitus anguntur homines,
Sortem tuam patienter & ſine indignatione feras.
Remedium vero decet afferre, quantum poſſis; & tecum reputes;
Fatum non immittere bonis plurima infortunia.
Multi vero inter homines tam mali quam boni ſermones
Incidunt, quibus nec percellaris, nec ab iis ſinas
Teipſum excludi: ſi quid autem falſi dicatur,
Leniter cede. Quod verò tibi nunc dicam, ſemper obſervetur;
Nemo te aut verbis aut factis adducat, ut quicquam
Facias aut dicas, quod tibi non ſit commodum.
Conſilium verò adhibe priuſquam res geratur, ne ſtulta fiant;
(Hominis enim miſeri eſt ea facere & dicere quæ ſtulta ſunt)
Atque ea tantum agas, quæ tibi poſtea non ſint moleſta.
Nihil facias eorum, quæ neſcis, ſed diſcito
Quæcunque officium poſtulat; atque ita vitam tranſiges jucundiſſimam.
Neque cura valetudinis eſt negligenda;
Sed modus in potu, cibo, & exercitiis

ſum legas, χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλει, ἄλλοτ' ὀλέσσαι, *Divitiàs autem modò poſſidere ama, modò amittere.*

5 ὧν] Curter. in Hieroclis Comment. pro ὧν exhibet ὡς, atque ſic habent MSS Gall., quod ſyntaxi bene convenit. At ab aliis diverſimodè legitur hic verſus. Plutarch. enim in Conſol. ad Apollon. legit, ὧν ἂν μοῖραν ἔχοις, ταύτην ἔχε, Stobæ. ὧν ἂν μοῖραν ἔλῃς, ταύτην φέρε. MS M. Coll. Gud. ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην φέρε. Ego verò nil mutandum hîc cenſeo, niſi ὡς pro ὧν, ſc., ὡς ἂν μοῖραν ἔχῃς—, uti exhibent MSS Gall. & Curter.

Adhi-

Ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσει.
Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον.
Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων·
Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
Πρῆσσε δὲ ταῦθ', ἅ σε μὴ βλάψῃ· λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστον·
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
Δεινὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ, τέρπου.
Ταῦτα πόνει· ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε·
Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
Ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως. Ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον
Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. Τούτων δὲ κρατήσας
Γνώσεαι ἀθανάτων τε Θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται.
Γνώσῃ δ', ἣ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην·
Ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας
Τλήμονας, οἵ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὔτ' ἐσορῶσιν,
Οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.
Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· ὡς δὲ κύλινδροι
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθε
Σύμφυτος· ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἦ πολλῶν γε κακῶν λύσειας ἅπαντας,

Adhibendus : modum autem voco hunc, qui tibi dolorem non pariet.
Mundo verò victu uti aſſueſcas, non delicato.
Et cave facias ea, quæ invidiæ ſunt obnoxia.
Nec ſumptus importunè effundas, ut qui honeſti ignarus eſt; [timus.
Neque ſis illiberalis: modus enim in omnibus erit op-
Fac ea, quæ tibi non noceant; & delibera priuſquam
Nec molles oculi ſomnum prius admittant, [facias.
Quàm ſingula diurna opera recenſueris: [debuit?
Qua ſum tranſgreſſus? quid feci? quid omiſi quod fieri
A primo incipiens ſingula percurras; & poſtea,
Malis admiſſis, te ipſum coargue; bonis autem, lætare.
In his tibi elaborandum eſt; hæc meditare; hæc amanda ſunt:
Hæc te in divinæ virtutis viâ ſiſtent.
Per eum certè qui nobis quaternarium tradidit,
Fontem perennis naturæ. Sed operi te accinge
Fauſtum a Diis precatus exitum. Si vero iſta teneas,
Cognoſces & immortalium Deorum & hominum mortalium [nus conveniunt.
Conſtitutionem, quatenus ſingula differunt, & quate-
Cognoſces etiam, quatenus fas eſt, naturam in univerſo ſimilem;
Ut nec ſperes quæ ſperanda non ſunt, nec te quicquam lateat.
Cognoſces autem homines malis ultro accerſitis obrui
Miſeros, qui bona cùm prope ſint nec vident,
Nec audiunt: paucique nôrunt ſeſe malis expedire.
Tale fatum lædit mortalium mentes; illi vero cylindrorum inſtar
Huc illuc volvuntur, infinitis malis oppreſſi.
Gravis enim comes latentèr nocet contentio
Congenita; quam provocare non decet, ſed cedendo evitare.
Jupiter Pater, multis certè malis omnes liberares,

Si

Εἰ πᾶσιν δείξαις οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
Ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
Ὧν εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω,
Ἐξακέσας ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
Ἀλλ' εἴργου βρωτῶν, ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
Ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων· καὶ φράζευ ἕκαστα,
Ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.
Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

IEPO-

Si omnibus indicares quali Genio utantur.
Tu autem bono ſis animo; cùm divinum genus ſit
mortalibus,
Quibus Sacra Natura ſingula pandens oſtendit.
Quorum ſi fueris particeps, mea tenebis juſſa,
Remedioque adhibito iſtis ærumnis liberabis animum.
Abſtine verò cibis iis, quos diximus, cùm in purgationibus,
Tum in ſolutione animi dijudicans: Et conſidera ſingula,
Ratione, optimo aurigâ, ſuperiori in loco conſtitutâ.
Quod ſi, relicto corpore, ad liberum æthera commigres,
Eris immortalis Deus, incorruptibilis, nec ampliùs
morti obnoxius.

Digitized by Google

CORRIGENDA.

PAGE 38. lin. 1. lege εὐορκεῖν
47. Not. 48. col. 2. lin. 13. lege *Etymol.*
48. lin. 16. dele punctum poſt ἀφίϛαται
50. lin. 13. poſt ΔΑΙΜΟΝΩΝ dele punctum, & pone Comma.
53. lin. 9. dele *Deique cognitione & Scientiâ præditus.*
80. Not. 84. col. 1. lin. 8. lege *Alcinoo*
89. lin. 8. voc. ultim. lege *quo*
265. Not. 325. col. 2. lin. 1. lege ἀσύϛατον.

HIEROCLIS COMMENTARIUS IN AUREA CARMINA.

[1] # ἹΕΡΟΚΛΕΟΥΣ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

Εἰς τὰ

ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑ ΕΠΗ

Ὑπόμνημα.

ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις, καὶ τελειότης. Κάθαρσις μὲν, ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας, καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος· [2] τελειότης δὲ, ὡς

[1] Ἱεροκλέους] Satis jam inter eruditos convenit, hunc Hieroclem quinti ſæculi Philoſophum fuiſſe Platonicum, qui, cùm ſcholæ præeſſet Alexandrinæ, has in Aurea Carmina ἐξηγήσεις diſcipulis ſuis prælegebat. Nobis igitur id tantùm reſtat, ut, quâ præcipuè parte iſtius ſæculi vixerit, indagemus. Hoc verò ex Procli Lycii (qui erat ejus fere æqualis) vitâ à Marino ſcriptâ facile diſci poſſe exiſtimamus: quippe Proclus (ut ex Geniture Themate, quod exhibet Marinus, apparet) in lucem editus eſt A. C. 412, & cùm vigeſimum ætatis annum ageret, ſe in Plutarchi Athenienſis diſciplinam tradidit, cujus per biennium erat auditor uſque ad A. C. 434, quo mortem obiit Plutarchus, ut ibi docet Marinus: cùm Hierocles igitur in Lib. de Provid. (ap. Phot. Cod. 214) dicat, ſe quoque adoleſcentem ejuſdem Plutarchi diſcipulum fuiſſe, ſequitur planè, eum Proclo natu pene parem, aut paulò fortaſſe majorem fuiſſe, atque adeo natum circa. A. C. 410. Ex his autem intelligas quantum à vero editor Cantab. in præfatione aberraverit, ubi hunc Procli diſcipulatum (*teſte*, ut ait, *Marino*) confert in A. C. 463, & mortem Plutarchi in A. C. 465, triginta ſc. annorum metachroniſmo. De Hieroclis verò morte conjectandi anſam nobis præbet Æneas Gazæus in Theophraſto circa A. C. 490, ſcripto, ubi hunc Hieroclem ſibi à puero præceptorem fuiſſe declarat, & de eo meminit tanquam ante annos aliquammultos mortuo; unde veriſimilis fiat conjectura, Hieroclem ſexagenario majorem è vitâ exceſſiſſe, ſc. circiter A. C. 476, ſuperſtite adhuc Proclo uſque ad A. C. 485, uti narrat Marinus. Ex quo (ut id obiter te

HIEROCLIS PHILOSOPHI

IN

CARMINA PYTHAGORICA Commentarius.

PHILOSOPHIA eſt vitæ humanæ purgatio, atque perfectio. Purgatio ſcilicet, a brutæ materiæ affectibus, mortalique corpore; perfe-

te moneam) gravem Hen. Valeſii errorem diſcas in Notis ad Ammian. 22. 16, & ad Evagr. Hiſt. 3. 41, ubi Proclum dicit *vixiſſe temporibus Anaſtaſii*, qui non niſi ſex poſt Procli mortem annis Imperium iniit, ſc. A. C. 491. Porro autem de Hieroclis ingenio, doctrinâ, ſtylique elegantiâ ſatis dictum ab aliis; atque eorum quidem omnium præclarum tibi ſpecimen exhibet hoc in Aurea Carmina ὑπόμνημα, in quo multa exſtant in re Ethicâ egregiè expoſita, quæ & cum fructu legat quivis Chriſtianus, quippe è Chriſtianorum fere fontibus hauſta. Attamen is, qui in Ethicis tam acutè cernere potuit, de unius ſolùm Dei notitiâ & cultu in ipſâ veritatis luce meridianâ cæcutire maluit, quàm Ethnicæ πολυθεΐας ineptias deſcerere: nam erat certè profanæ ſuperſtitionis falſorumque deorum cultûs, tunc pene extincti, tenaciſſimus, uti è Damaſcii verbis ap. Suidam apparet, qui dicit Hieroclem, cùm Conſtantinopoli eſſet, in offenſionem τῶν κρατούντων (i. e. Magiſtratuum tunc Chriſtianorum) incurriſſe, & judicis ſententiâ Lictorum virgis acerbiùs caſtigatum fuiſſe; non aliam planè ob cauſam, quàm linguæ petulantiam, quòd dictis quibuſdam procacibus Chriſtianorum ſacra violaverit; atque ideo fortaſſe ille libentiùs hanc Carminum expoſitionem ſuſcepit, ut ruentem indies deorum cauſam, quâ potuit, fulciret, eorumque cultum, quem palam defendere non eſt auſus, ſub Commentarii ſaltem ſpecie in ſcholâ auditoribus commendaret.

[2] τελειότης δὲ, ὡς τῆς οἰκείας--] Recepimus illud ὡς è MS Med. Coll. Gud. quia ad ſententiam aptius videtur; ſicque in locis conſimilibus particulâ ὡς ſæpe utitur Hierocles.

ὡς τῆς οἰκείας εὐζωΐας ἀνάληψις, πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἐπανάγουσα. Ταῦτα δὲ πέφυκεν ἀρετὴ καὶ ἀλήθεια μάλιστα ἀπεργάζεσθαι· ἡ μὲν, τὴν ἀμετρίαν τῶν παθῶν ἐξορίζουσα· ἡ δὲ, τὸ θεῖον εἶδος τοῖς εὐφυῶς ἔχουσι προσκτωμένη. Δεῖ οὖν πρὸς ταύτην τὴν ἐπιστήμην, τὴν μέλλουσαν ἡμᾶς καθαροὺς καὶ τελείους ποιεῖν, κανόνας ἔχειν τινὰς ἐν βραχεῖ διωρισμένους, οἷον ἀφορισμούς τινας τεχνικοὺς, ὅπως ἐν τάξει καὶ εὐμεθόδως πρὸς τὸ τῆς εὐζωΐας τέλος ἀφικοίμεθα. Τῶν δὲ τοιούτων κανόνων, τῶν πρὸς τὴν ὅλην φιλοσοφίαν συντεινόντων, τὰ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑ ΕΠΗ, [3] τὰ οὕτως ἐπικαλούμενα, ΧΡΥΣΑ, ἐν πρώτοις ἂν θείημεν εὐλόγως. Περιέχει γὰρ πάσης φιλοσοφίας, πρακτικῆς καὶ θεωρητικῆς, τὰ καθόλου δόγματα· δι' ὧν ἄν τις ἀλήθειαν καὶ ἀρετὴν κτήσαιτο, καὶ ἑαυτὸν καθαρὸν ἀπολάβοι, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν ὁμοίωσιν εὐτυχήσειε, καὶ (ὥς φησιν [4] ὁ Πλάτω-

[3] τὰ οὕτως ἐπικαλούμενα χρυσᾶ,] Ita è codice ſuo edidit Curter., & ſic ed. Lond., neque variant hîc codices. Editor verò Cant. ex Curterii ſolùm conjecturâ, excluſo ΟΥΤΩΣ, inſeruit ΟΝΤΩΣ, ſc. τὰ ὄντως ἐπικαλούμενα χρυσᾶ, nimis temerè id quidem, nec ſatis appoſitè; nam Hierocles hîc Carminum titulum tantùm recitat, quo ab aliis Pythagoricis diſtinguuntur, non pronuntians ea verè ſic appellari; id enim poſtea probatum dabit: & ſanè, ſi hîc voluiſſet id affirmare, dixiſſet, opinor, potiùs τὰ ὄντως χρυσᾶ, quàm τὰ ὄντως ἐπικαλούμενα χρυσᾶ, multa enim id revera nominantur, quod non verè ſunt. Reſtituo igitur veterem lectionem, τὰ ὄντως ἐπικαλούμενα χρυσᾶ, *quæ ſic appellantur*, Aurea; id eſt (ut poſtea dicit) χρυσᾶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντα, *quæ hoc habent nomen*, Aurea, ſeu, ut iterum dicit, χρυσᾶ τὴν ἐπίκλησιν ἀναγεγραμμένα, *quæ hoc titulo inſcripta ſunt*, Aurea. Ita fere de ætate aureâ Ovidius,—*Illa ætas, cui fecimus*, Aurea, *nomen*. Met. 15. 96. At editoribus illis diſplicuit fortaſſe ipſa phraſis, ὄντως ἐπικαλούμενα χρυσᾶ. Id verò immeritò; cùm ſit uſitatiſſima, ut exemplis aliquot nunc demonſtrabimus. Sic enim

ſtio vero, ut quæ vitæ beatitatem homini propriam reſtituit, & ad divinam eum ſimilitudinem reducit; Ad hæc autem efficienda virtus & veritas adprime ſunt idoneæ; quarum altera tollit affectuum intemperiem; altera divinam formam iis, qui habiles ſunt, inducit. Ad ſcientiam igitur hanc comparandam, quæ puros atque perfectos nos reddet, regulas habere aliquas oportet brevi comprehenſas, tanquam technicos quoſdam aphoriſmos, ut ordine rectâque via ad beatæ vitæ finem perveniamus. Inter regulas vero ejuſmodi, quæ ad univerſam Philoſophiam pertinent, in primis meritò collocabimus PYTHAGORICA CARMINA, quæ ſic appellantur, AUREA: hæc enim complectuntur totius Philoſophiæ, cum practicæ, tum theoreticæ, generalia dogmata, per quæ quis veritatem virtutemque comparare, & puritatem ſuam recuperare, ac Dei ſimilitudinem feliciter nanciſci poſſit; atque (ut Platonis Timæ-

enim Joſeph. Antiq. 1. 2. ἱδρύεται Καῒς Ναΐδα, τόποι οὕτω καλούμενον. Juſt. Mart. Paræn. ad Græc. ἐν Κουμᾶ οὕτω καλουμένη πόλει. Clem. Alex. Strom. I. ἡ ἐκκλησία, ἡ νῦν οὕτω καλουμένη. Max. Tyr. Diſſ. 26, λίμνη Ἄορνος οὕτω καλουμένη. Herodian. lib. 5. ἀπὸ Ἐμέσης καλουμένης οὕτω πόλεως. Baſil. Seleuc. Vit. Theclæ, τόπος οὕτω καλούμενος, Ἄβακες. Euſeb. Hiſt. 3. 10. ἐν τοῖς οὕτω καλουμένοις Μακκαβαϊκοῖς συγγράμμασι. Olympiodor. ap. Phot. Cod. 30. Ἀντωνινιαναὶ (Thermæ ſc.) οὕτω καλούμεναι. Marin. Vit. Procli, αἱ ἱεραὶ αἱ οὕτω καλούμεναι θεουργικαί. ac, ne plura, ſic etiam ipſe Hierocles, Comm. in verſ. 1. οἱ οὕτω λεγόμενοι Ἀθάνατοι θεοί.

4 ὁ Πλάτωνος Τίμαιος—ἀκριβὴς διδάσκαλος] Ita de hoc Platonis libro Juſt. Mart. in Paræn. ad Græc. p. 89. ed. Ox. ἐν τῷ ἐσπουδασμένῳ αὐτοῦ λόγῳ Τιμαίῳ, ἐν ᾧ θεολογεῖν ἐπιχειρεῖ. Platonis verò Timæus ἀκριβὴς διδάσκαλος dicitur, quia Timæi Pythagorici φυσιολογίαν, in lib. περὶ ψυχᾶς κόσμω, ibi accuratiùs perſequitur, atque ipſum Timæum introducit περὶ τοῦ παντὸς diſſerentem. Verba autem, quæ ſequuntur, è Plat. Timæ. p. 42, & 44 deſumta ſunt.

Πλάτων, Τίμαιος, τῶν ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ δογμάτων ὁ ἀκριβὴς διδάσκαλος) ὑγιής τε καὶ ὁλόκληρος γενόμενος εἰς τὸ τῆς προτέρας ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως. Καὶ πρῶτά γε τὰ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς παρατίθεται παραγγέλματα. Πρῶτον γὰρ δεῖ [5] τάξαι τὴν ἐν ἡμῖν ἀλογίαν τε καὶ ῥᾳθυμίαν· ἔπειτα οὕτως ἐπιβαλεῖν τῇ [6] τῶν θείων γνώσει. Ὥσπερ γὰρ ὀφθαλμῷ λημῶντι, καὶ οὐ κεκαθαρμένῳ, τὰ σφόδρα φωτεινὰ ἰδεῖν οὐχ οἷόν τε· οὕτω καὶ ψυχῇ μὴ ἀρετὴν κεκτημένῃ τὸ τῆς ἀληθείας ἐνοπτρίσασθαι κάλλος ἀμήχανον. Μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Ἔστι δὲ ἡ μὲν πρακτικὴ φιλοσοφία ἀρετῆς ποιητική· [7] ἀληθείας δὲ

ἡ

5 *τάξαι τὴν—ἀλογίαν—*] Salmaſius in Animadverſ. in Epict. p. 15. hunc locum citans, fidenter pro *τάξαι* legit, & ſic *ſcriendum* pronuntiat, *ἀποτάξαι*, amandare, ſeu, abjicere; quippe quod philoſophiæ practicæ ſit, *ex animo*, ut ait, *abjicere τὰ ἄλογα πάθη*. At omnino fallitur: non enim philoſophiæ munus eſt animi affectus abolere prorſus, & abjicere; ſed moderari tantùm, & in ordinem cogere, atque ad rationis normam eos componere, quod propriè *τάξαι* dicitur; quo quidem verbo de hâc re decies minimùm utitur Hierocles, ut inter legendum tute obſervare poteris. Nihil ergo erat, cur Salmaſii auctoritate commotus hæſitaret hîc Needhamus.

6 *τῶν θείων*] Ita legimus è MS Med. Coll. Gud. loco *θειοτέρων*, quod exhibent editt. priores; eſt enim melius: nam de theoreticis planè virtutibus loquitur, quas oppoſitè ad *ἀρετὰς πρακτικὰς*, & *ἀνθρωπίνας*, hîc *τὰ θεῖα*, & *θείας ἀρετὰς* appellat, ut liquet è ſequentibus.

7 *ἀληθείας δὲ ἡ θεωρητικὴ*] In editt. prioribus deerant illa, *δὲ ἡ θεωρητικὴ*, quæ nos è Codicum Collatione, quam Dacerio ſuppeditavit Renaudot., ſupplevimus; in quibus lectum eſt planè, *ἀληθείας δὲ ἡ θεωρητικὴ*, hiſque conſentit cod. Venetus, quem Latinè ſic vertit Auriſpa, *inſpectiva verò veritatem*, quin & ipſe Curter., flagitante ſententiâ, ita legendum conjecit, & reddidit. His verò non contentus editor Cant. loci hujus emendationem doctiſſimi Bentleii manu factam nobis proponit, *Cui*, ut ait, *ineptum videtur ποιητικὴ ἀρετῆς*,

cùm

us, dogmatum Pythagoricorum luculentus Auctor, dicit) *ſanus, & integer factus, ad prioris habitûs formam perveniat.* Primo autem loco practicæ virtutis præcepta ponit: oportet enim primùm rationis in nobis perturbationem atque ſocordiam corrigere; deinde ita comparatos in rerum divinarum ſcientiam incumbere. Sicut enim lippitudine laborans oculus, & nondum purgatus, ea, quæ valde lucida ſunt, intueri non poteſt: ita etiam fieri nequit, ut virtute carens animus veritatis pulchritudinem cernat: nam *impuro purum attingere nefas eſt.* Practica vero Philoſophia virtutem

cùm virtus Deum ποιητὸν *agnoſcat, non philoſophiam: miro igitur acumine ſic reſtituit,* ἔστι δὲ ἡ πρακτικὴ φιλοσοφία, ἀρετῆς πολιτικῆς· ἡ δ᾽ ἄλλη, θείας. Mihi verò minimè placet hæc emendatio, neque ejus ratio, quam aſſignat; nam, ut practica philoſophia dicatur ἀρετῆς ποιητικὴ, adeo non ineptum eſt, ut omnino verum eſſe ipſa nos doceat experientia; neque aliud hîc dicit Hierocles, quàm quod in principio dixerat in illis, πρακτικῆς, δι᾽ ἧς ἄν τις ἀρετὴν κτήσαιτο, atque etiam in Comment. in verſ. 45. huc reſpiciens dicit, ἐν τοῖς προοιμίοις ἐλέγομεν, ὅτι ἡ πρακτικὴ φιλοσοφία διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν κτήσεως ἄνθρωπον ἀγαθὸν ἀποτελεῖ. Sic & Comm. in verſ. 67. τὸ πρακτικὸν διὰ τῶν ἀρετῶν τῆς ἀλογίας ἀποκαθαίρει ἡμᾶς, & paulò inferiùs τὴν πρακτικὴν appellat τὴν τῆς ἀρετῆς προβλητικὴν (f. ποιητικὴν) δύναμιν. Ariſtoteles Rhet. 1. 9. inter practica agnoſcit τὰ ποιητικὰ ἀρετῆς, & ſic Julian. Imp. δόγματα τῆς εὐσεβείας ποιητικὰ, in Fragm. p. 301. ed. Lipſ. Sed *virtus,* inquit, *Deum* ποιητὴν *agnoſcit.* Agnoſcat licet, non tamen ſine ullâ actione, & operâ noſtrâ, de quâ hîc agitur; ſic enim nullus omnino in nobis virtuti eſſet locus. Deus quidem nobis τὰ μέσα dat, τὰ ποιητικὰ τῶν κατὰ φύσιν, ut ap. Stobæ. Ecl. Eth. dicit Hierocles; at tamen in Comm. in verſ. 62, Deum virtutum in nobis ποιητὴν eſſe rectiſſimè negat his verbis, οὐ γὰρ ἂν ἔδει πονεῖν, οὐδ᾽ ἐν μελέτῃ καὶ ἔρωτι τίθεσθαι τὰ καλὰ, εἰ τοῦ θεοῦ ἴδιον ἦν σώζειν ἡμᾶς ἀπὸ κακίας, καὶ τῶν ἀρετῶν πλήρεις ποιεῖν, μηδὲν παρ᾽ ἑαυτῶν συνεισφέροντας. Nulla itaque juſta erat hæc corrigendi ratio. Sic tamen voluit B. ἔστι δὲ ἡ πρακτικὴ φ. ἀρετῆς πολιτικῆς, ſenſu ſanè tam obſcuro, ut neſcias, utrum velit πρακτικὴν eſſe πολιτικῆς cauſam, an effectum: at neutrum vult Hierocles, qui in mox ſequentibus πρακτικὴν atque πολιτικὴν eandem planè facit.

Nec

ἡ θεωρητικὴ, ὡς καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἔπεσι τὴν μὲν πρακτικὴν φιλοσοφίαν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν εὑρίσκομεν λεγομένην· τὴν δὲ θεωρητικὴν θείαν ἀρετὴν ὑμνουμένην, ἐν οἷς συμπεράνας ὁ λόγος τὰ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς παραγγέλματα,

> Ταῦτα πόνει (φησὶ)· ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε·
>
> Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.

Πρῶτον οὖν [8] Ἄνθρωπον δεῖ γενέσθαι, καὶ τότε Θεόν. Ἄνθρωπον μὲν ποιοῦσιν ἀγαθὸν αἱ πολιτικαὶ ἀρεταί· θεοποιοῦσι δὲ αἱ πρὸς τὴν θείαν ἀρετὴν ἀνάγουσαι ἐπιστῆμαι. Τὰ δὲ μικρὰ πρὸ τῶν μεγάλων ἐστὶν ἐν τάξει τοῖς ἀνιοῦσι· διὸ καὶ ἐν ταῖς [9] Πυθαγορικαῖς ὑποθήκαις τὰ τῶν ἀρετῶν παραγγέλματα πρῶτα παραδίδωσιν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὁ λόγος, παιδαγωγῶν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς περὶ τὸν βίον [10] ἀρετῆς χρήσεως πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἀνιέναι. Καὶ οὗτος μὲν ὁ σκοπὸς τῶν

Ἐπῶν

Nec magis tibi placeant illa, ἡ δ' ἄλλη θείας, loco ἀληθείας: nam cùm duas Hierocles philoſophiæ partes, practicam ſc. & theoreticam, poſuerit, nil cauſæ video, cur earum unam hîc nominaret, alteram verò occultè tantùm per illa, ἡ δ' ἄλλη, indicaret; præſertim cùm, de duabus loquens, rectiùs ſecundùm grammaticorum regulam dixiſſet, ἡ δ' ἑτέρα. Sic enim Ammon. de verbor. differ. in v. ΑΛΛΟΣ. Ἄλλος καὶ ἕτερος διαφέρει. ΕΤΕΡΟΣ μὲν, ἐπὶ δυοῖν. ΑΛΛΟΣ δὲ, ἐπὶ πλειόνων. Atque iterum in v. ΕΤΕΡΟΣ. ΕΤΕΡΟΣ μὲν ἐπὶ δυοῖν τάσσεται· τὸ δὲ ΑΛΛΟΣ, ἐπὶ πολλῶν. Miſsâ igitur hâc viri eruditiſſimi correctione, nos, non ex conjecturâ, mutatis pro libitu verbis, ſed codicum auctoritate juſtiùs, &, ut opinor, multo aptiùs lacunam hanc explevimus.

[8] ἄνθρωπον δεῖ γενέσθαι,] Curter. hîc legendum conjecit ἄνθρωπον ἀγαθὸν, quia ſic Hierocles in lin. ſequente: at ſatis id commodè ſubauditur; cùm breve quoddam Platonicorum dictum proferre videatur Hierocles; ſic enim Iſidorus quoque ap. Damaſcium, πρῶτον ἀνθρώπους γενέσθαι τοὺς ἐσομένους θεοὺς δεῖ. Phot. Cod. 242.

[9] Πυθαγο-

tutem parit; ſpeculativa autem veritatem; ſicut & in ipſis Carminibus Philoſophiam practicam reperimus dictam humanam virtutem; theoreticam autem divinæ virtutis nomine celebratam, in iis verſibus, qui politicæ virtutis præcepta claudunt,

" *His*, inquit, *operam da*; *hæc meditare*;
" *hæc amare te oportet*:
" *Hæc te in divinæ virtutis veſtigiis collo-*
" *cabunt.*

Primùm igitur Hominem fieri oportet, deinde Deum. Hominem vero bonum reddunt virtutes politicæ; Deum autem faciunt ſcientiæ, quæ ad divinam virtutem evehunt. Parva vero in aſcenſu magnis ordine præcedunt; quamobrem & in Pythagoricis præceptis ea primùm tradunt carmina, quæ ad virtutes pertinent, atque ita nos erudiunt, ut ab humanæ virtutis exercitatione ad divinam ſimilitudinem adſcendamus. Atque hic quidem Carmi-

9 Πυθαγορικαῖς ὑποθήκαις] Varii erant apud Pythagoricos διδασκαλίας τρόποι, ut ait Iamblichus, quorum præcipuum fuit genus illud μυστικὸν διὰ συμβόλων. Sed per has ὑποθήκας vult planè Hierocles ipſa Carmina; quibus ſimilia Simplicius dicit eſſe Epicteti in Enchiridio præcepta, κομματικοὶ δέ εἰσιν οἱ λόγοι καὶ γνωμονικοὶ κατὰ τῶν ὑποθηκῶν καλουμένων παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις εἶδος. procem. in Epictet.

10 ἀρετῆς] Sic habet Cod. Med. probante Dacerio; nec immeritò: nam ἡ περὶ τὸν βίον ἀρετὴ non alia eſt, quàm πρακτικὴ & ἀνθρωπίνη ἀρετή. Sic Hierocles in verſ. 32. τὸ σῶμα πειθήνιον πρὸς τὴν τῶν ἀρίστων χρῆσιν ἀπεργάζεται. Ita Laertius de Ariſtotele, τέλος δὲ ἓν ἐξέθετο, χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ. Editor verò Cant. ex Auriſpæ verſione, ſc. *ab optimo in hac vita vivendi uſu*, ſic legit, ἀπὸ τῆς περὶ τὸν βίον ἀρίστης χρήσεώς: at ſic imperfecta eſt ſententia; nihil enim apparet, cujus ſit illa χρῆσις. Rectiùs autem, &, ut opinor, Auriſpæ verbis congruentiùs, legiſſet, ἀπὸ τῆς ΤΩΝ περὶ τὸν βίον ἀρίστης χρήσεως. Atque hæc quidem lectio æquè commoda

Ἐπῶν, καὶ ἡ τάξις, [11] χαρακτῆρα φιλόσοφον πρὸ τῶν ἄλλων ἀναγνωσμάτων ἐκθεῖναι τοῖς ἀκροαταῖς. ΧΡΥΣΑ δὲ τὴν ἐπωνυμίαν [12] ἔσχε, διὰ τὸ, ὡς ἐν ἔπεσιν, ἄριστα εἶναι, καὶ θεῖα. Οὕτω γὰρ καὶ ΧΡΥΣΟΥΝ γένος λέγομεν, τὸ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις γένεσιν ἄριστον, ἀπὸ τῆς τῶν ὑλῶν ἀναλογίας [13] τὴν τῶν ἠθῶν διαφορὰν λαμβάνοντες. [14] Ἔστι δὲ καὶ ὁ χρυσὸς ἀκίβδηλόν τι, καὶ γῆς οὐκ ἀναπεπλησμένον, ὥσπερ [15] τὰ συγγενῆ, καὶ ἐφεξῆς ὄντα τούτῳ, οἷον ἄργυρος, καὶ χαλκὸς, καὶ σίδηρος· πρὸς ἃ καὶ τὸ ὑπερέχον φύσει κέκτηται ὁ ΧΡΥΣΟΣ, μόνος τῶν ἄλλων ἰὸν οὐ ποιῶν, ἐκείνων ἑκάστου, καθ' ὅσον γῆς μετέχει, κατὰ τοσοῦτον καὶ εἰς ἰὸν μεταβάλλοντος. Τοῦ οὖν γεώδους ἰοῦ κατὰ τὴν ἔνυλον κακίαν λαμβανομένου, τὸ ἅγιον καὶ καθαρὸν γένος, καὶ τὸ πάντη καθαρεῦον πονηρίας ἦθος, εἰκότως ΧΡΥΣΟΥΝ ἐλέχθη· οὕτω

δὴ

moda eſſet, ac illa, quam recepimus. Sic enim Hierocles alibi, περὶ τῆς τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἔξω ἀρίστης χρήσεως, & Simplic. in Epict. p. 201. ed. L. B. φυλακὴ φίλων διὰ τῆς ἀρίστης χρήσεως, & alii paſſim.

[11] χαρακτῆρα φ. πρὸ τῶν ἄλλων ἀναγνωσμάτων ἐκθεῖναι—] Ita in Commentarii epilogo dicit Hierocles, hæc Carmina eſſe τελειότατον χαρακτῆρα φιλοσοφίας, & Pythagoricorum dogmatum κεφαλαιωδεστάτην ἐπιτομὴν, atque παιδευτικὴν στοιχείωσιν in poſterorum uſum conſcriptam. Curter. autem hîc malè (ut notavit Caſaub.) ἐνθεῖναι edidit pro ἐκθεῖναι, quod recepit editor Cant. & nos retinemus: nam is, qui alios docet, non rectè dicitur ἀναγνώσματα ἐνθεῖναι, ſed ἐκθεῖναι τοῖς ἀκροαταῖς. Sic de Ariſtotele Laert. 5. 30. τέλος ἓν ἐξέθετο, χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ, & de Pythagorâ Juſtin. M. in Paræn. Πυθαγόρας δόγματα τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας ἐκθέμενος. p. 84. ed. Ox. Itidem de Ariſtotele, Ἀριστοτέλης σύντομον τῆς ἰδίου φιλοσοφίας ἐκθέμενος ὅρον. Ib. p. 53. Cæterum dubitans hîc editor Cant. de vocabuli ἀνάγνωσμα uſu notat, id quidem quærenti ſibi ſemel in Juſtin. M. epiſt. ad Zen. & Seren. *occurrere*. quod ſanè non poſſum non admirari; cùm vox iſta tam apud philoſophos, quàm apud veteres Eccl. patres, uſu ſit receptiſſima. Pauca verò è multis exempla ſufficient. Sic igitur Epict. ap. Arrian. 2. 14. τῶν Ρωμαϊκῶν τινος ἐπακούοντος ἑνὸς ἀναγνώσματος,

Carminum ſcopus eſt, & ordo, ut Philoſophicum characterem ante alia præcepta auditoribus exponant. AUREA autem ideo appellantur, quòd, ut in Carminibus, optima ſint, atque divina. Sic enim & AUREAM ætatem dicimus illam, quæ in hominum ætatibus fuit optima, morum differentiam à metallorum analogiâ ſumentes. Etenim AURUM eſt purum quiddam, & terræ miſturâ non repletur, quemadmodum ei cognata, & inferiora metalla, argentum ſcilicet, & æs, & ferrum; præ quibus AURUM ipſâ etiam naturâ primas obtinet, quòd id ſolum præter cætera rubiginem non contrahat; cùm illorum ſingula eatenus in eam tranſmutentur, quatenus terram participant. Rubigine ergo terrenâ pro materiæ vitio ſumtâ, hominum genus ſanctum & caſtum, moreſque ex omni parte ſceleris puri, merito AU-

τος, οὗτος, ἔφη, ὁ τρόπος τῆς διδασκαλίας. Plutarch. in Compar. Ariſtoph. & Menand. Μένανδρος ἀνάγνωσμα καὶ μάθημα κοινότατον παρέσχεν τὴν ποίησιν. Julian. Imp. in Fragm. p. 301. (ubi characterem philoſophicum à Pythagorâ diſcendum eſſe dicit) οὐ πᾶν ἀνάγνωσμα τῷ ἱερωμένῳ πρέπει. Euſebius Præp. Ev. 5. 1. βίβλοι τε καὶ ἀναγνώσματα, μαθήματά τε καὶ διδασκαλίαι. & Dem. Ev. lib. 8. συνετοὶ τῶν θείων ἀναγνωσμάτων ἀκροαταί. p. 375.

[12] ἴσχει] Ita editor Cant. è MSS Gall. pro ἴσχι in editt. prior. rectè. Curter. verò in margine poſuit ἴσχει, quod mihi quidem melius videtur. Ita habet carmen, φθόνον ἴσχει, & ipſe Hierocles, ἄγνοιαν ἴσχει. Atque hoc ſemper fere utuntur philoſophi, Plato, Ariſtoteles, Proclus, Simplicius; rariſſimè verò ἴσχι.

[13] τὴν τῶν ἠθῶν διαφορὰν] Hic eſt verborum ordo in MS. Med. Coll. Gud. melior planè, quàm τὴν διαφορὰν τῶν ἠθῶν in editt. prioribus.

[14] ἔστι δὲ] MS Med. Coll. Gud. habet ἔστι γὰρ, quod melius videtur.

[15] τὰ---ἐφεξῆς ὄντα τούτῳ] Subaudi μέταλλα; quod tamen aut hîc addendum videtur, aut paulò poſt legendum μόνος τῶν μετάλλων, pro ἄλλων. Sed mera eſt hæc conjectura; atque ſatis proba eſt phraſis μόνος τῶν ἄλλων, ac uſitatiſſima; cujus unicum è Platone exemplum ſufficiat, τοῦτο μόνον τῶν ἄλλων ἁπάντων ἁπλοῦν ἐστι. in Phædone, ſect. 5. ed. Cant.

REORUM

δὴ ϰ̀ ταῦτα τὰ ἔπη, ὅλα δι' ὅλων ὄντα καλά, ΧΡΥΣΑ ϰ̀ θεῖα τὴν ἐπίκλησιν ἀναγέγραπται. Οὐ γάρ ἐστι τὸ μὲν αὐτῶν καλὸν, τὸ δὲ ȣ̓ καλὸν, ὥσπερ ἔνια τῶν ἄλλων· ἀλλὰ πάντα ὁμοίως τὸ καθαρὸν ἦθος ἐμφαίνει, ϰ̀ πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἀνάγει, ϰ̀ τῆς ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΗΣ φιλοσοφίας τὸν τελειότατον σκοπὸν ἐκκαλύπτει· ὡς ἐν τῇ καθ' ἕκαστον ἐξηγήσει σαφὲς γενήσεται· ϰ̀ πρῶτόν γε ἀπὸ τῶν πρώτων ἀρξώμεθα.

ΑΘΑ-

REORUM nomine deſignabantur: ſic ſanè & hæc Carmina, cum per totum pulchra ſint, AUREORUM & divinorum titulo inſcripta ſunt. Neque enim illa partim pulchra, partim minùs pulchra ſunt, quemadmodum nonnulla aliorum; ſed omnia pariter morum puritatem oſtendunt, & ad divinam ſimilitudinem evehunt, PYTHAGORICÆque Philoſophiæ ſcopum perfectiſſimum demonſtrant, ut in ſingulorum explicatione manifeſtum fiet. Primùm verò à primis ordiamur.

IMMOR-

ΑΘΑΝΑΤΟΥΣ ΜΕΝ ΠΡΩΤΑ ΘΕΟΥΣ, ΝΟΜΩ ΩΣ ΔΙΑΚΕΙΝΤΑΙ, ΤΙΜΑ·

Ἐπειδὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν ἡγεμών ἐστιν ἡ εὐσέβεια, πρὸς τὴν θείαν αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχουσα, εἰκότως καὶ τῶν ἐν τοῖς Ἔπεσι νόμων τὸ περὶ ταύτης ἡγεῖται παράγγελμα· ὡς δέοι [1] τοὺς ἐγκοσμίους Θεοὺς, κατὰ τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτοῖς τάξιν, ΤΙΜΑΝ, ἣν ὁ δημιουργικὸς ΝΟΜΟΣ ἅμα τῇ οὐσίᾳ αὐτῶν συμπροήγαγε, τάξας αὐτῶν τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς πρώτης σφαίρας, τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς δευτέρας, καὶ ἐπὶ τῆς τρίτης ἄλλους, καὶ οὕτως ἐφεξῆς, μέχρι τῆς πάσης τῶν οὐρανίων κύκλων συμπληρώσεως. Τὸ γὰρ, ᾗ ἐτάχθησαν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ αὐτῶν καὶ πατρὸς, ταύτῃ αὐτοὺς ἐγνωκέναι τε καὶ τιμᾷν, τῷ θείῳ ΝΟΜΩ κατακολουθούντων ἐστὶ, καὶ τὴν ὄντως ΤΙΜΗΝ αὐτοῖς ἀποδιδόντων· καὶ τὸ μήτε ὑπεραίρειν τὴν ἀξίαν, μήτε ἀπολείπεσθαι ταύτης, ἐν ταῖς περὶ αὐτῶν ἐννοίαις, ἀλλὰ καὶ τούτο αὐτοὺς

[1] τοὺς ἐγκοσμίους Θεοὺς] Per hos, inquit Dacerius, intelligit Hierocles illos duodecim, quos Latini Conſentes appellabant: ſed omnino fallitur vir doctiſſimus. Novi quidem Pythagoricos, atque ipſum etiam Platonem in Phædro, Deorum Mundanorum τάξεις δώδεκα ſtatuiſſe, aſtrorum ſc. & planetarum ſeptem, & quatuor Elementorum, uti diſcas è Salluſt. περὶ θεῶν, cap. 6. ap. Galæ. Mythol., à quibus ſuos Latini Conſentes derivârunt. At ἐγκόσμιοι, quos vult Hierocles, non alii ſunt, quàm τρία γένη τῶν λογικῶν, prout hîc in Carmine proponuntur, nempe, Ἀθάνατοι θεοὶ, Ἥρωες, & Καταχθόνιοι δαίμονες, atque de τάξει planè Ἀθανάτων θεῶν (quos πρῶτον γένος τῶν λογικῶν, & ἐγκοσμίων πρώτους, ſæpe vocat) nunc loquitur. Hi verò Ἀθάνατοι θεοὶ, quos & οὐρανίους alibi appellat, nihil aliud ſunt, quàm ſtellæ in ἀπλανῶν ſphærâ, & planetæ in inferioribus ſeptem

Immortales primum Deos, sicuti lege disposita sunt, honora.

CUM virtutum omnium dux ſit pietas, ut quæ ad divinam cauſam referatur; merito præceptum quoque de illa datum inter regulas his Carminibus comprehenſas primum locum occupat; nos ſc. oportere Deos mundanos honorare ſecundùm ordinem, quem unà cum eſſentiâ eorum Creatoris Lex inſtituit; quæ illorum alios in ſphærâ primâ collocavit, alios in ſecundâ, & in tertiâ alios; atque ita deinceps, donec cœleſtes orbes omnes complerentur. Eos enim illo ordine agnoſcere, & colere, quo à Creatore & patre ſuo conſtituti ſunt, eſt divinæ legi obedire, & verum eis honorem tribuere: atque ejuſmodi de illis notiones fovere, quibus eorum dignitatem nec nimis augeamus, nec eam minuamus; ſed eos exiſtimemus id eſſe, quod ſunt, & eum ordinem

ſeptem ſphæris collocati; quippe cœleſtia hæc corpora mente prædita, & λογικὰ, atque adeo pro Diis habenda eſſe, exiſtimabant Pythagorici & Platonici. Ipſe Pythagoras (inquit Laertius) docuit, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεοὺς, 8. 27. quod & de Platone notiſſimum eſt; ſicque de octo ſphæris declarat Alcinous, πάντες οὗτοι νοερὰ ζῶα, καὶ θεοὶ, καὶ σφαιρικὰ τοῖς σχήμασι. Doctr. Plat. c. 14. Hos igitur Proclus ἀστρῴους θεοὺς vocat. in Plat. Timæ. p. 319. eoſque diſtinctè Porphyrius appellat θεοὺς ὁρατοὺς, τοὺς ἐντὸς οὐρανοῦ πλανωμένους καὶ ἀπλανεῖς. de Abſtin. 2, 36, 37. Atque ita planè intelligit explicatque Hierocles. Sic enim Comm. in verſ. 67, dicit aſtrorum, & ſolis, τὸ ὅλον ἐξ οὐσίας ἀσωμάτου καὶ σώματος conſtare, atque hoc eſſe πρῶτον γένος τῶν λογικῶν, id eſt, hos eſſe ἐγκοσμίων πρώτους, & quos Carmen vocat Ἀθανάτους θεοὺς. Horum verò τάξιν ſecundùm ſphæras fuſiùs deſcribit in ſequentibus.

αὐτοὺς εἶναι τίθεσθαι, ὃ γεγόνασι, καὶ ταύτην ἔχειν τὴν τάξιν, ἣν εἰλήχασιν, [2] ἐπὶ τὸν δημιουργὸν αὐτῶν Θεὸν ἀναφέρει τὸ σέβας, ὃν καὶ [3] Θεὸν θεῶν κυρίως ἂν εἴποι τις, καὶ [4] θεῶν Ὕπατον, καὶ Ἄριστον· Τὴν δὲ ὄντως ἀξίαν τοῦ κοσμοποιοῦ καὶ [5] ἀριστοτέχνου Θεοῦ μόνως ἂν ἐξευροίμεθα, εἰ καὶ θεῶν Αἴτιον Αὐτὸν, καὶ ἀτρέπτων λογικῶν οὐσιῶν Ποιητὴν, θησόμεθα. Τούτους γὰρ νῦν ΑΘΑΝΑΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ ὠνόμασεν ὁ Λόγος, τοὺς ἀεὶ καὶ ὡσαύτως νοοῦντας τὸν δημιουργὸν Θεὸν, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ ἐκείνου ἀγαθὸν συντεταμένους, καὶ ἀπ᾽ ἐκείνου τὸ εἶναι καὶ τὸ εὖ εἶναι ἀμερίστως καὶ ἀτρέπτως λαμβάνοντας, ὡς τῆς δημιουργικῆς αἰτίας αὐτοὺς ὄντας εἰκόνας ἀπαθεῖς, καὶ ἀκακύντους. Πρέπει γὰρ τῷ Θεῷ καὶ τοιαύτας ὑποστῆσαι ἑαυτοῦ εἰκόνας, καὶ μὴ πάσας τρεπτὰς, καὶ ἐμπαθεῖς, τῇ εἰς κακίαν ὑποφορᾷ· οἷαί εἰσιν αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαὶ, τῶν λογικῶν φύσεων τὸ ἔσχατον οὖσαι γένος· ὥσπερ αὖ ἀκρότατον ἦν νῦν τὸ τῶν ΑΘΑΝΑ-

ΤΩΝ

[2] ἐπὶ τὸν δημιουργὸν αὐτῶν θεὸν ἀναφέρει τὸ σέβας] Hanc nos planam, & manifeſtè veram, lectionem è MS Med. Coll. Gud. recepimus: non igitur neceſſe habemus ex emendationum copiâ, quam editor Cant. Bentleii nomine propoſuit, ullam eligere; nec operæ eſt eas refellere. Cæterùm totum hunc locum, quem, ob pravam interpunctionem, nec Curter. nec editor Cantab. ſatis intellexiſſe videntur, accuratiùs diſtinximus.

[3] Θεὸν θεῶν.] Ita ſupremum Deum Macrobius *Deorum Deum* appellat. Sat. 1. 9. Wolfius verò in Collat. Gudianæ editione notat, Platonis eſſe hanc phraſim, ex ejus verbis in Origenis φιλοσοφουμένοις citatis, ſc. θεὸς θεῶν ἐγὼ δημιουργὸς, minimè animadvertens corruptè ibi lecta, pro θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, uti in Platonis Timæo exſtant, p. 41. hæc verò phraſis primùm, quod ſciam, in Vet. Teſt. verſione τῶν ό apparuit, ubi Verus ille & ſupremus Deus ſæpe Θεὸς θεῶν appellatur: unde, ut opinor, deſumtam poſtea uſurpabant Platonici. Sic enim Proclus in Plat. Theol. p. 110, de πρωτίστῳ Θεῷ dicit, Θεός ἐστι θεῶν ἁπάντων, & Jamblic. de Myſter. ſect. 8. c. 2. ἀρχὴ οὗτος, καὶ

Θεὸς

obtinere, quem ſortiti ſunt, cultum ipſum ad eorum opificem Deum refert; quem & Deum deorum propriè quis dicat, ac deorum Summum & Optimum. Præcellentis autem mundi artificis Dei veram nos Dignitatem ita ſolum deprehendemus, ſi Eum & deorum Cauſam, & entium rationalium mutationis expertium Creatorem eſſe ſtatuamus. Illos enim IMMORTALES DEOS Carmen nunc appellat, qui ſemper, atque eodem modò, Creatoris Dei cognitionem retinent, ſemperque in ejus Bonitatem intenti ſunt, atque ab Eo & eſſe, & bene eſſe, inſeparabiliter & immutabiliter accipiunt, ut qui ipſi ſint Opificis Cauſæ imagines, perturbationum vitiorumque expertes. Decet enim Deum tales etiam ſui imagines producere; non autem omnes mutationi atque perturbationibus obnoxias, ex propenſione in vitium; quales ſunt humanæ animæ, quæ Entium Rationalium infimum genus ſunt; ſicut contrà

Θεὸς θεῶν. Itidem Simplicius, ἀρχὴ ἀρχῶν, καὶ Θεὸς θεῶν, in Epict. p. 234, 236. ed. L. Bat.; quibus conſentiens hîc Hierocles dicit, horum Ἀθανάτων θεῶν δημιουργὸν propriè dici poſſe Θεὸν θεῶν; & meritò quidem, quia, ut ſuprà dixi, aſtra tantùm & planetæ ſunt hi Dii, quos in ſequentibus ideo ἀτρέπτους dicit, & ἀεὶ νοεῖν Θεὸν, quòd ſtabilem & eundem ſemper in cœlo curſum peragant.

4 θεῶν Ὕπατον,] Editt. priores malè habent θεὸν: At MS Med. Coll. Gud. rectè, θεῶν, nam Homeri ſunt verba, θεῶν Ὕπατος, καὶ Ἄριστος, Il. τ'. verſ. 258, & ψ'. 43.

5 ἀριστοτέχνου Θεοῦ] Pindaro debetur hoc dictum, etſi in editis non apparet; ſic enim Plutarchus *de Serâ vindictâ* teſtatur, Πίνδαρος ἀριστοτέχναν ἀνακαλεῖ τὸν κύριον ἁπάντων Θεὸν, quod & repetit in *Sympoſ.* 1. 2. & *de Commun. Notit.* Ita & Clem. Alex. Strom. 5. Πίνδαρος, Πυθαγόρειος ὢν, τὸν τούτων δημιουργὸν, τὸν ἀριστοτέχναν πατέρα λέγει. Hinc Dio Chryſoſt. in Olympico, Δωδωναῖε μεγασθενὲς, ἀριστοτέχνα πάτερ. Orat. 12. Itidem Methodius ap. Epiphan. ὁ ἀριστοτέχνας Θεός. Hær. 64. 18.

ΤΩΝ ΘΕΩΝ λεγόμενον γένος. Καὶ μήποτε, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, ΑΘΑΝΑΤΟΙ ΘΕΟΙ οὗτοι ἐκλήθησαν· ὡς μὴ ἀποθνήσκοντες τὴν θείαν εὐζωΐαν, μηδὲ ἐν λήθῃ ποτὲ γιγνόμενοι μήτε τῆς ἑαυτῶν οὐσίας, μήτε τῆς τοῦ πατρὸς ἀγαθότητος. Τούτοις δὲ ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ τοῖς πάθεσιν ὑπόκειται, ποτὲ μὲν νοοῦσα τὸν Θεὸν, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀξίαν ἀπολαμβάνουσα, ποτὲ δὲ τούτων ἀποπίπτουσα. Διὸ καὶ εἰκότως [6] ΘΕΟΙ θνητοὶ λέγοιντο ἂν αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαὶ, ὡς ἀποθνήσκουσαί ποτε τὴν θείαν εὐζωΐαν τῇ ἀπὸ Θεοῦ φυγῇ, καὶ ἀναβιωσκόμεναι αὐτὴν πάλιν τῇ πρὸς Θεὸν ἐπιστροφῇ· καὶ οὕτω μὲν ζῶσαι τὸν θεῖον βίον, ἐκείνως δὲ ἀποθνήσκουσαι, (ὡς οἷόν τε ἀθανάτῳ οὐσίᾳ θανάτου μοίρας μεταλαχεῖν) οὐ τῇ εἰς τὸ μὴ εἶναι ἐκβάσει, ἀλλὰ τῇ τοῦ εὖ εἶναι ἀποπτώσει. Θάνατος γὰρ λογικῆς οὐσίας ἀθεΐα καὶ ἄνοια, οἷς ἕπεται καὶ ἡ περὶ τὸν βίον ἄμετρος τῶν παθῶν ἐπανάστασις. Ἐν γὰρ τῇ ἀγνοίᾳ τῶν κρειττόνων ἀνάγκη δουλεύειν τοῖς χείροσιν· ὧν ἐλευθεριάσαι ἄλλως οὐχ οἷόν τε, ἢ τῇ [7] δι' ἀναμνήσεως εἰς Νοῦν καὶ Θεὸν ἐπιστροφῇ. Μεταξὺ δὲ τῶν οὕτω λεγομένων ΑΘΑΝΑΤΩΝ ΘΕΩΝ, καὶ τῶν θνητῶν, ὡς εἴπομεν, ΘΕΩΝ, ἀνάγκη γένος τι εἶναι, τιμιώτερον μὲν ἀνθρώπου,

6 Θεοὶ θνητοὶ---] Sicut animas hîc humanas θεοὺς θνητοὺς appellat; ita in libro ſeptimo de providentiâ apud Photium Cod. 214, eaſdem animas ſecundùm Platonem vocat ἀθανάτους ἀνθρώπους· atque ſic olim Heraclitus, θνητοὶ θεοὶ, ἄνθρωποι ἀθάνατοι, ap. Max. Tyr. Diſſ. 29, quem Lucian. in vit. Auct. irridens dicit, τί δαὶ ἄνθρωποι; θεοὶ θνητοί. τί δαὶ οἱ θεοί; ἄνθρωποι ἀθάνατοι.

7 δι' ἀναμνήσεως—] Dacerius platonicam hîc rerum in priore vitâ actarum ἀνάμνησιν intelligit,

genus IMMORTALIUM DEORUM nunc dictum, eſt Summum. Atque hi fortaſſe, ut ab animis humanis diſtinguantur, IMMORTALES DII nuncupantur; ut quibus divinæ vitæ felicitas non interit, nec ſuæ unquam eſſentiæ, aut paternæ bonitatis oblivio ſubrepit. His autem perturbationibus obnoxia eſt humana anima, quæ Deum aliquando cognoſcit, & dignitatem ſuam recuperat; aliquando autem his excidit; unde & haud immeritò *mortales* DII nuncupentur animæ humanæ, quòd aliquando, relicto Deo, quod ad divinæ vitæ beatitatem attinet, moriantur; atque ad Deum revertendo, ad eam rurſus reviviſcant; atque adeo hoc modo vitam Divinam vivant, illo autem (quoad immortalis natura mori poteſt) moriantur; non quòd exſiſtere deſinant, ſed quòd felici vitâ excidant: nam rationalis naturæ mors eſt alienatio a Deo et Mente, unde etiam in vitâ ſequitur inordinata affectuum rebellio (in meliorum enim ignorantiâ deterioribus ſervire neceſſe eſt) a quibus non aliter liberari poteſt, quàm per eam, quæ ex recordatione fit, ad Mentem & Deum converſionem. Inter DEOS autem IMMORTALES ſic dictos, & *mortales*, uti diximus, DEOS, neceſſe eſt, ut genus quoddam ho-

git, in quo planè fallitur; nam Hierocles reditum tantùm vult ad ſanam mentem, quando ſc. animus, qui, ut ſuprà dicit, ἐν λήθῃ ποτ' ἐγένετο, ſe recolligit, &, quid ſui ſit officii, in memoriam revocat. Sic Comm. in verſ. 17, εἰς ἀνάμνησιν τοῦ νόμου ἐλθεῖν, & ἐπιστρέψαι εἰς ἀνάμνησιν τοῦ ὀρθοῦ λόγου. atque idem fere eſt, quod dicit Comm. in verſ. 52. ἐπιστρέφειν πρὸς τὸν Θεὸν, ϗ ἀναμνήσει τὴν λήθην ἀφανίζειν, ac in lib. I. de provid., τῇ πρὸς νοῦν στροφῇ τὴν τοῦ ἀνοηταίνειν ἀσθένειαν ἀφαιρεῖσθαι, ϗ ὀρθῶς μετανοεῖν. ap. Phot. Cod. 251.

ἀνθρώπου, καταδεέστερον δὲ Θεοῦ, τῇ δι' ἑαυτοῦ μεσότητι τὰ ἄκρα πρὸς ἄλληλα συνάπτον, ὥστε τὸ πᾶν τῆς λογικῆς δημιουργίας αὐτὸ ἑαυτῷ συνδεδέσθαι καλῶς. Τοῦτο δὴ τὸ μέσον οὔτε παντελῆ ἄγνοιαν τοῦ Θεοῦ ἴσχει ποτέ, οὔτε παντελῶς ἀκίνητον καὶ ἀεὶ ὡσαύτως διαμένουσαν γνῶσιν· ἀλλ' ἀεὶ μὲν γινώσκει, ἄλλως δὲ καὶ ἄλλως ἐπιβάλλει, καὶ μᾶλλόν ἐστιν ὅτε, καὶ ἧττον. Τῷ μὲν ἀεὶ γινώσκειν, ἀναβέβηκε τοῦ ἀνθρωπίνου γένους· τῷ δὲ μὴ ἀτρέπτως μηδὲ ὡσαύτως ἀεὶ γινώσκειν, ὑποβέβηκε τοῦ θείου· φύσει μέσον ὑπάρχον, καὶ οὔτε προκοπῇ βελτιωθὲν ἐξ ἀνθρώπου, οὔτε ἀμελείᾳ ὑποβὰν ἐκ Θεοῦ εἰς τὴν μέσην τάξιν. Πρῶτα γὰρ, καὶ δεύτερα, καὶ τρίτα ὁ δημιουργὸς Θεὸς ὑπέστησε φύσει διαφέροντα ἀλλήλων, καὶ μὴ συγχεόμενα πρὸς ἄλληλα, μηδὲ ἀρετῇ καὶ κακίᾳ τὴν τάξιν διαμείβοντα· ἃ δὴ καθ' οὐσίαν ἑστῶτα ἀϊδίως, τῇ [8] συμπροελθούσῃ αὐτοῖς τάξει κατὰ γένος διέστη, καὶ ταῖς δημιουργικαῖς αἰτίαις ἀνάλογον ἐτάχθη. Ὡς γὰρ ἐκεῖ πρῶτα, καὶ μέσα, καὶ ἔσχατα τῆς παντελοῦς σοφίας ἡ τάξις ἔχει· (τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτῇ καὶ τὸ εἶναι σοφίᾳ, τὸ ἐν τάξει καὶ τελειότητι προάγειν τὴν ποίησιν· ὥστε συνεισιέναι ἀλλήλαις σοφίαν, καὶ τάξιν, καὶ τελειότητα) οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷδε τῷ Παντὶ τὰ πρὸς τὴν πρώτην νόησιν τοῦ Θεοῦ γενόμενα, πρῶτα ἂν εἴη ἐν κόσμῳ· τὰ δὲ [9] πρὸς

τὴν

[8] *συμπροελθούσῃ] Ita legimus è MS Med. Coll. Gud. pro συμπροσελθούσῃ, quod malè exhibebant editt. priores; nam ſi hæc τεταγμένα προῆλθον, ut dicit poſtea, tum certè συμπροῆλθεν αὐτοῖς ἡ τάξις, utpote ὁμοφυὴς αὐτῶν τῇ ἀξίᾳ, &, ut ait, τῇ οὐσίᾳ αὐτῶν σύνδρομος.

[9] πρὸς τὴν μέσην, μέσα.] Ita legere non dubitavimus, excluſis illis, ΚΑΙ' ΤΑ', ante μέσα in editt.

mine ſuperius, Deo autem inferius, ſit, quod ſuo interventu extrema inter ſe connectat; adeo ut totum Creaturarum rationalium Syſtema ipſum ſecum pulchrè copuletur. Medium verò hoc genus nec Deum prorſus ignorat unquam, nec omnino ſtabilem, ac eandem ſemper, ejus notitiam habet: ſed ſemper quidem cognoſcit, aliter autem atque aliter animum advertit, atque modò magis, modò minùs: In eo utique, quòd ſemper Deum cognoſcit, humanum genus ſuperat; eo verò, quòd non ſine mutatione, nec eodem ſemper modo cognoſcit, divino inferius eſt; quippe quod naturâ medium occupans, neque profectu ex Homine in ſtatum meliorem evectum ſit, neque negligentiâ ex Deo in medium ordinem delapſum. Opifex enim Deus prima, & ſecunda, & tertia produxit naturâ differentia, & nec inter ſe confuſa, nec ex virtute & vitio ordinem ſuum mutantia; quippe quæ eſſentiam perpetuò fixam habentia, per congenitum eis ordinem ſunt genere diſtincta, & pro ratione cauſarum creatricum diſpoſita. Sicut enim ibi prima, & media, & ultima perfectiſſimæ Sapientiæ ordo regit (hoc enim eſt ipſum *eſſe* Sapientiæ, ut ea, quæ facit, ordinatè & perfectè producat; adeo ut ſe mutuò comitentur ſapientia, & ordo, & perfectio) ſic ſanè & in hâc rerum Univerſitate, ea, quæ ad primam mentis Divinæ Ideam facta ſunt, prima in mundo habeantur; & quæ ad

editt. prior., cùm ſic planè flagitet loci conſtructio, ſc. τὰ πρὸς τὴν πρώτην, πρῶτα· τὰ δὲ πρὸς τὴν μέσην, μέσα. atque ita legiſſe videtur in Codice ſuo Curter., qui vertit, *media autem, quæ ad mediam,* etſi in Græco illa, καὶ τὰ, operarum fortaſſe incuriâ, tum ante μέσα, tum poſt, leguntur.

 mediam,

τὴν μέσην, μέσα· καὶ τὰ τῷ πέρατι τῶν νοήσεων ἐοικότα, τελευταῖα ἂν εἴη ἐν λογικοῖς. Ἔστι γὰρ [10] πᾶς μὲν ὁ λογικὸς διάκοσμος, μετὰ τοῦ συμπεφυκότος αὐτῷ ἀφθάρτου σώματος, εἰκὼν ὅλου τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ. Τῆς δὲ ἐκεῖ ἀκρότητος τὰ ἐν κόσμῳ πρῶτα ἀκήρατος εἰκών· καὶ τῆς ἐκεῖ μεσότητος μέση εἰκὼν τὰ ἐνταῦθα μέσα· καὶ τοῦ πέρατος τῆς ἐκεῖ Θεότητος τελευταία εἰκὼν τὰ ἐν λογικοῖς τρίτα καὶ ἔσχατα. Τούτων δὲ τῶν τριῶν γενῶν τὸ μὲν Πρῶτον ΑΘΑΝΑΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ ὁ παρὼν Λόγος ἐσήμανε· τὸ δὲ μέσον, ΗΡΩΑΣ ΑΓΑΥΟΥΣ· καὶ τὸ ἔσχατον, ΔΑΙΜΟΝΑΣ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΥΣ, ὡς μικρὸν ὕστερον εἰσόμεθα. Νῦν δὲ ἐπὶ τὰ πρῶτα πάλιν ἐπανέλθωμεν. τίς ὁ ΝΟΜΟΣ, καὶ ἡ κατὰ τοῦτον τάξις; καὶ ἡ πρὸς τὴν τάξιν ἀποδιδομένη ΤΙΜΗ; ΝΟΜΟΣ μὲν, ὁ δημιουργικὸς νοῦς, καὶ ἡ θεία βούλησις, ἡ ἀϊδίως παράγουσα τὰ πάντα, καὶ εἰς ἀεὶ διασώζουσα· Τάξις δὲ ΕΝΝΟΜΟΣ, ἡ ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων, καὶ δημιουργοῦ, τοῖς ΑΘΑΝΑΤΟΙΣ ΘΕΟΙΣ συνεισελθοῦσα, καὶ ποιοῦσα ἐν αὐτοῖς τοὺς μὲν πρώτους, τοὺς δὲ δευτέρους. Εἰ γὰρ καὶ, ὡς ἐν παντὶ λογικῷ διακόσμῳ, τὴν ἀκρότητα ἔλαχον, [11] ὅμως ἐν ἑαυτοῖς ποικίλλονται, καὶ εἰσὶν ἄλλοι ἄλλων θειότεροι. Μήνυμα δὲ τῆς κατ' οὐσίαν αὐτῶν ὑπεροχῆς τε, καὶ ὑποβάσεως, ἡ τῶν οὐρανίων σφαιρῶν τάξις, κατ' οὐσίαν καὶ δύναμιν τὴν θέσιν διαλαχοῦσα, ὡς ἐν τῇ οὐσίᾳ

[10] πᾶς μὲν ὁ λογικὸς διάκοσμος μετὰ τοῦ συμπεφυκότος αὐτῷ ἀφθάρτου σώματος] Hierocles hîc per λογικὸν διάκοσμον vult, ut ex loci ſerie apparet, τὰ τρία γένη τῶν λογικῶν, ſeu ἐγκοσμίων θεῶν (de quibus ſuprà diximus) quorum omnium animabus, ex Pythagoreorum et Platonicorum ſententiâ, dicit σῶμα ἄφθαρτον συμπ.

mediam, media; ea verò, quæ poſtremæ Ideæ aſſimilantur, ſint in rationalibus ultima. Totum enim Entium rationalium Syſtema unà cum incorruptibili corpore eis cognato, totius Conditoris Dei eſt imago. Ejus autem, quod ibi ſummum eſt, imago pura ſunt ea, quæ in mundo prima exſiſtunt; atque ejus, quod eſt illic medium, imago media ſunt ea, quæ locum medium hîc obtinent; extremæ autem ibi Deitatis imago ultima ſunt ea, quæ in Ratione præditis tertia ſunt & poſtrema. Ex his verò tribus Generibus id, quod Primum eſt, DEOS IMMORTALES hîc appellat Carmen; medium autem HEROAS ILLUSTRES; atque ultimum, DÆMONAS TERRENOS, ut paulo poſt videbimus. Nunc autem ad prima illa rurſum revertamur. Quænam eſt LEX iſta, & ei conveniens ordo; & quis ſecundùm illum ordinem redditus HONOS? LEX quidem eſt mens opifex, & voluntas divina, quæ omnia æternò producit, æternúmque conſervat: Ordo autem LEGI congruus eſt is, qui a parente omnium & opifice ſimul cum DIIS IMMORTALIBUS introductus eſt, & qui ex iis alios fecit primos, alios ſecundos. Quamvis enim illi reſpectu totius rationalis Syſtematis, primas nacti ſint, inter ſe tamen variantur, & ſunt alii aliis diviniores. Eos autem naturâ inter ſe & ſuperiores, & inferiores eſſe, indicio eſt ordo ille cœleſtium Orbium, ſecundùm eorum naturam & poteſtatem ita inſtitutus,

συμπεφυκέναι, quod eis vehiculi inſtar ſit; illud utique, quod in Timæo Plato vocat λεπτὸν ὄχημα ψυχῆς, et σῶμα φωτεινὸν, et αὐγοειδὲς. de quo fuſiùs poſtea diſſerit in Comment. in Verſ. 67.

[11] ὅμως] MS M. Coll. Gud. habet ἀλλ' ὁμοίως, planè pro ἀλλ' ὅμως, quod quidem malim. Sic enim Plato, Demoſthenes, aliique ſæpiſſimè.

οὐσίᾳ αὐτῶν κεῖσθαι τὸν NOMON, καὶ τὴν τάξιν ὁμοφυῆ εἶναι αὐτῶν τῇ ἀξίᾳ. Οὐ γὰρ, ὡς ἔτυχεν ὑποστάντες, ὕστερον διεκρίθησαν· ἀλλὰ τεταγμένοι προῆλθον εἰς τὸ εἶναι, [12] ὥσπερ ἐν ἑνὶ ζώῳ τῷ ὅλῳ οὐρανῷ διάφορα ὄντες μέρη, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σύνταξιν ἐν τῇ κατ' εἶδος διαστάσει ἅμα καὶ συναφῇ ἀποσώζοντες, ὥστε μηδὲ ἐπάλλαξιν τῆς θέσεως αὐτῶν ἐπινοηθῆναί ποτε δύνασθαι, εἰ μὴ μετὰ τῆς φθορᾶς τοῦ παντός· ἣν ἀδύνατον ἐπισυμβῆναι, ἕως ἂν ᾖ τὸ πρῶτον αὐτῶν αἴτιον ἀμετάβλητον πάντῃ, καὶ ἄτρεπτον, καὶ τὴν οὐσίαν τῇ ἐνεργείᾳ τὴν αὐτὴν κεκτημένον, καὶ τὴν ἀγαθότητα οὐκ ἐπίκτητον ἔχον, ἀλλ' οὐσιωμένην καθ' αὑτὴν, καὶ [13] δι' αὐτὴν τὰ πάντα πρὸς τὸ εὖ εἶναι παράγον. Αἰτία γὰρ τῆς τῶν πάντων ποιήσεως αὐτῷ οὐδεμία ἄλλη πρόσεστιν εὔλογος, πλὴν τῆς κατ' οὐσίαν ἀγαθότητος. Ἀγαθὸς γὰρ ἦν, [14] φησίν· ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίνεται φθόνος. Αἱ δὲ παρὰ τὴν ἀγαθότητα λεγόμεναι αἰτίαι τῆς δημιουργίας τοῦδε τοῦ παντὸς,

[12] ὥσπερ ἐν ἑνὶ ζώῳ] Deſuit præpoſitio ἐν in Editt. prioribus, per ſcribæ primùm incuriam, ut videtur, omiſſa; quam nos tamen addere non dubitavimus, auctore ipſo Hierocle in lib. de providentiâ, ubi de eâdem re dicit, τὰ τρία γένη ὡς ἐν ἑνὶ ζώῳ συνηρτῆσθαι, ap. Phot. Cod. 214. ſic Syneſ. περὶ ἐνυπν. initio, ἀδελφῶν ὄντων τῶν ἐν ἑνὶ ζώῳ τῷ κόσμῳ. eadem phraſi utitur Antonin. 4. 40, ὡς ἓν ζῶον τὸν κόσμον—ἐπινοεῖν. et Plotin. Enn. 4. 4. 32. πᾶν τοῦτο ὡς ἓν ζῶον. Itidem Jamblic. de Myſt. Sect. 4. 12. ὡς ἓν ζῶόν ἐστι τὸ πᾶν. Sic etiam Proclus, ὡς ἐν ἑνὶ ζώῳ πάντα περιείληπται, τάτε πρῶτα, καὶ μέσα, καὶ τελευταῖα. in Plat. Timæ. p. 10.

[13] δὶ αὐτὴν] Reſtituimus hîc veterem lectionem, pro quâ Editor Cant. temerè repoſuit δι' αὐτῆς. Hierocles enim hîc aſſignat cauſam, δι' ἣν ὁ Θεὸς συνέστησε τὸ πᾶν, bonitatem ſc., uti mox ſequitur. Sic ipſe Plato in Timæo, p. 29. λέγωμεν αἰτίαν, δι' ἣν τὸ πᾶν συνέστησε· ἀγαθὸς ἦν,——. Cauſa quidem efficiens, δι' ἧς, per quam creavit omnia, erat ejus δύναμις, ſed τὸ τελικὸν αἴτιον, cauſa movens et finalis ratio, δι' ἣν, propter quam creavit, erat ἡ ἀγαθότης, ut ait Proclus in Timæ. p. 112. Itidem p. 109. δι' ἀγαθότητα.

ut in eorum eſſentiâ inſita ſit Lex, & ordo ipſe eorum dignitati ſit cognatus. Non enim fortuitò exſiſtentes, poſtea diſcreti ſunt; ſed ordinatim in *eſſe* proceſſerunt, ut cœli totius, tanquam animantis unius, diverſæ eſſent partes; atque conjunctionem inter ſe conſervarent, dum ſecundùm ſpecies ſeparantur ſimul & connectuntur; adeo ut nulla ſitûs eorum mutatio unquam excogitari poſſit, niſi cum univerſi interitu; qui contingere non poteſt, quamdiu prima eorum cauſa manet immutabilis prorſus & conſtans, ac naturam eâdem operandi vi præditam obtinet, atque bonitatem poſſidet, non adventitiam, ſed per ſe eſſentialem, & propter eam univerſa producit. Nulla enim juſta cauſa, cur Deus rerum univerſitatem conderet, aſſignari poteſt, præterquam eſſentialis ejus bonitas; *Erat enim*, inquit, *bonus; in bonum autem nulla unquam de re ullâ cadit invidia.* Quæ vero aliæ, præter bonitatem, creandæ univerſitatis hujus cauſæ dicuntur, huma-

τητα ποιητής ἐστι, et p. 110. ποιεῖ ἀπὸ τῆς ἀγαθότητος· δι' αὐτὴν γὰρ ποιεῖ. Sic Salluſt. περὶ θεῶν, c. 5. δι' ἀγαθότητά ἐστι τὰ ὄντα. et c. 7. διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα ὄντος τοῦ κόσμου. Dionyſ. Areop. de nom. Div. c. 1. πάντα πρὸς τὸ εἶναι παρήχθη διὰ τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα. Ita et Jo. Philop. de Creat. 1. 3. τὸ ἀγαθὸν, δι' ὃ γέγονεν ἕκαστον. δι' αὐτὸ γὰρ μόνον δημιουργεῖν πεπείσμεθα τὸν Θεὸν. Et, cùm de rerum productione tantùm hîc agat, malim πρὸς τὸ εἶναι, ſine εὖ, ut poſtea habet; atque ſic cenſet Pearſon. in Symb. p. 56.

[14] φησὶν] Ita nos pro φύσει, quod Editt. priores exhibent, recepimus è MS Med. Coll. Gud., cui ſuffragantur MSS Gall. ap. Needham. ἀγαθὸς γὰρ ἦν, ΦΗΣΙ'Ν, Plato ſc.; quem ideo non nominat, quia notiſſimum erat hoc ejus in Timæo dictum, ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς —— φθόνος. Sic Proclus in Timæ. p. 290. ἐμβιβάσαι γοῦν εἰς ὄχημα αὐτὴν, φησίν, Plato ſc. in Phædro. Ita et Antonin. 7. 63. πᾶσα ψυχὴ ἄκουσα, φησὶν, (ſc. Plato) στέρεται ἀληθείας, atque ſic ſaepe alii. At vox illa φύσει, quam habent Ed. priores, ſupervacua planè eſt, cùm idem ſonet, atque κατ' οὐσίαν, quod proximè præceſſit.

παντὸς, ἀνθρωπίναις μᾶλλον περιστάσεσιν, ἢ τῷ Θεῷ, πρέπουσιν. Ἀγαθὸς δὲ ὢν τὴν φύσιν ὁ Θεὸς τὰ μάλιστα ὡμοιωμένα αὐτῷ [15] πρῶτα φύσει παρήγαγε· καὶ δεύτερα, [16] τὰ τὴν μέσην ὁμοιότητα πρὸς αὐτὸν κεκτημένα· τρίτα δὲ καὶ ἔσχατα, πάντων τῶν ἐοικότων αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν μάλιστα ὑφειμένα. Τῇ δὲ οὐσίᾳ τῶν γινομένων σύνδρομος ἦν ἡ τάξις, ὥστε τὸ φύσει κρεῖττον προτεταγμένον εἶναι τοῦ καταδεεστέρου, ἔν τε τοῖς ὅλοις γένεσιν, [17] καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον γένος τὴν κατ' εἶδος ὑπόστασιν κεκτημένοις. Οὐ γὰρ τύχαις ἐκληροῦτο τὴν τάξιν τὰ πάντα, οὐδὲ προαιρέσεως μεταβολαῖς, ἀλλὰ ΝΟΜΟΙΣ δημιουργικοῖς διάφορα προήγετο, καὶ τὴν τάξιν ἀνάλογον ταῖς τῶν φύσεων ἀξίαις ἐλάγχανε. Διὸ, τὸ, ΝΟΜΩ ΩΣ ΔΙΑΚΕΙΝΤΑΙ, ΤΙΜΑ, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ΑΘΑΝΑΤΩΝ ΘΕΩΝ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ΑΓΑΥΩΝ ΗΡΩΩΝ, καὶ τῶν ΑΝΘΡΩΠΙΝΩΝ ΨΥΧΩΝ, κοινῶς ἀκουστέον. Ἔστι γὰρ [18] πλῆθος εἰδῶν ἐν ἑκάστῳ γένει καθ' ὑπεροχὴν καὶ ὑπόβασιν τεταγμένον. Τοιαύτη μὲν ἡ φύσις τῶν λογικῶν οὐσιῶν, καὶ ἡ τάξις. Τίς δὲ ὁ ΝΟΜΟΣ, καὶ ἡ τούτῳ ἑπομένη ΤΙΜΗ; Πάλιν λέγομεν, ὅτι ΝΟΜΟΣ μὲν ἡ ἄτρεπτος τοῦ [19] Θεοῦ δημιουργικὴ ἐνέργεια, ἡ γεννῶσα τὰ θεῖα γένη, καὶ τάττουσα ἀϊδίως καὶ ἀμεταβλήτως· ἡ δὲ σύμφωνος τῷ ΝΟΜΩ ΤΙΜΗ, ἡ

τῶν

[15] πρῶτα φύσει] Abfuit vox φύσει in Cod. Veneto, quo uſus eſt Auriſpa; et ſatis commodè abeſſe poteſt, niſi legas φύσει πρῶτα, mutato verborum ordine, quem à Scribâ inverſum meritò ſuſpicabatur Editor Cant.; ſic enim Hierocles, φύσει μέσον, et φύσει κρεῖττον, et φύσει κρείττονες.

[16] τὰ τὴν μέσην] In Editt. prioribus deerat articulus τὰ, quem, ut neceſſarium, ſupplevimus è MS Med. Coll. Gud.

[17] καὶ

nis circumſtantiis potiùs, quàm Deo, conveniunt. Deus autem, cùm naturâ bonus eſſet, illa, quæ maximè ſibi erant ſimilia, naturâ prima produxit; ſecunda autem ea, quæ mediam ſimilitudinem obtinerent; tertia verò, & omnium ſibi conformium poſtrema, illa, quæ à divinâ ſimilitudine eſſent maximè remota. Eſſentiæ autem rerum creatarum comes erat ordo; ut id, quod naturâ præſtantius eſſet, inferiori præponeretur, tum in totis generibus, tum in ſpeciebus, quæ ſub unoquoque genere ſubſiſtunt. Non enim fortuitò univerſa ordinem ſuum ſortita ſunt, neque pro arbitrii ſui varietate; ſed ex Creationis Lege diverſa producebantur, congruoque naturarum dignitati ordine diſponebantur. Quamobrem illud, UTI LEGE DISPOSITI SUNT, HONORA, non ſolùm de DIIS IMMORTALIBUS ſed & de ILLUSTRIBUS HEROIBUS, HUMANISQUE ANIMIS communiter eſt intelligendum. Nam ſub unoquoque genere multæ ſunt ſpecies, ſuperiùs atque inferiùs ordinatæ. Hujuſmodi igitur eſt Entium rationalium natura, atque ordo. Quænam verò eſt LEX, et ex eâ proveniens HONOS? dicimus rurſum LEGEM eſſe immutabilem illam Dei Creatricem potentiam, quæ divina genera producit, eaque æterno immutabilique ordine diſponit: HONOREM autem LEGI congruum, eſſe eſſentiæ illorum, quæ HO-

[17] *καὶ ἐν τοῖς*] Sic MS Med. Coll. Gud.; quod ſolutæ orationi aptius viſum eſt, quàm *ἔν τε τοῖς* in Editt. prioribus.

[18] *πλῆθος εἰδῶν*] Hieroclem hîc immeritò reprehendit Dacier., quod *πλῆθος* eſſe dixerit *ἐν πρώτῳ γένει*, ſc. *Αθανάτων θεῶν*, neſcius planè hos *ἀθανάτους θεοὺς* ſtellas eſſe, quæ ſunt innumeræ.

[19] *Θεοῦ δημιουργικὴ ἐνέργεια*] Excluſimus hîc particulam *καὶ* auctoritate MS M. Coll. Gud.; nam ſic planè rectiùs legitur, quàm, ut habent Editt. priores, *καὶ δημιουργικὴ*.

NORANTUR

τῆς οὐσίας ἐστὶ τῶν ΤΙΜΩΜΕΝΩΝ γνῶσις, καὶ ἡ πρὸς αὐτὰ κατὰ δύναμιν ἐξομοίωσις. Ὁ γὰρ [20] ἄγαταί τις, καὶ μιμεῖται, ὅσον αὐτῷ οἷόν τε· καὶ ΤΙΜΗΝ ποιεῖται τοῦ ἀνενδεοῦς τὴν τῶν ὑπ' ἐκείνου προτεινομένων ἀγαθῶν ὑποδοχήν. Οὐ γὰρ ΤΙΜΗΣΕΙΣ τὸν ΘΕΟΝ διδούς τι αὐτῷ, ἀλλ' ἄξιος τοῦ λαβεῖν τὰ παρ' ἐκείνου γενόμενος. Ὡς γάρ φασιν οἱ Πυθαγόρειοι, [21] Τιμήσεις τὸν Θεὸν ἄριστα, ἐὰν τῷ Θεῷ τὴν διάνοιαν ὁμοιώσῃς. Καὶ, [22] Ὅστις ΤΙΜΑ τὸν Θεὸν, ὡς προσδεόμενον, οὗτος λέληθεν οἰόμενος ἑαυτὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι κρείττονα. Καὶ, Η τῶν προσφερομένων πολυτέλεια ΤΙΜΗ εἰς Θεὸν οὐ γίνεται, εἰ μὴ μετὰ τοῦ ἐνθέου φρονήματος προσάγοιτο. Δῶρα γὰρ καὶ [23] θυηπολίαι ἀφρόνων, πυρὸς τροφή· καὶ ἀναθήματα, ἱεροσύλοις χορηγία. Τὸ δὲ ἔνθεον φρόνημα, διαρκῶς ἡδρασμένον, συνάπτει Θεῷ. Χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον· ὅθεν καὶ μόνος ἱερεὺς ὁ σοφὸς λέγεται, μόνος θεοφιλὴς, μόνος εἰδὼς εὔξασθαι. Μόνος γὰρ οἶδε ΤΙΜΑΝ, ὁ τὴν ἀξίαν μὴ συγχέων τῶν ΤΙΜΩΜΕΝΩΝ, καὶ ὁ προηγουμένως ἱερεῖον ἑαυτὸν προσάγων, καὶ ἄγαλμα θεῖον τεκταίνων τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ ναὸν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θείου φωτὸς τὸν ἑαυτοῦ παρασκευάζων νοῦν. Τί γὰρ τοιοῦτον προσάξεις [24] ἀπὸ τῶν ἐν μέσῳ κειμένων ὑλῶν,

ὃ τῷ

[20] ἄγαται] Ferri quidem potuit lectio vetus ἀγαπᾷ, ſed rectior videtur haec, ἄγαται, quam è MS Med. inſeruit Editor Cant.; cùm ad Platonis verba in lib. 6. de Repub. reſpicere videatur Hierocles, ſc. ὅτῳ τις ὁμιλεῖ ἀγάμενος, μιμεῖται ἐκεῖνο.

[21] τιμήσεις] Ita totidem fere verbis Latinè in Sexti Pythagorei ſententiis ap. Galæ. Mythol., *optimè honorat Deum, qui mentem ſuam ſimilem Deo facit.*

[22] ὅστις τιμᾷ τὸν Θεὸν, ὡς προσδεόμενον—] Sic fere Apollon. Tyan. ap. Euſeb. Præp. Ev. 4. 13. δεῖ-

τα

NORANTUR, notitiam, & eorum, quoad poſſumus, imitationem. Quod enim quis admiratur, id etiam, quoad poteſt, imitatur; atque eum, cui nihil deeſt, HONORAT accipiendo bona, quæ ipſe porrigit. Non enim Deum HONORABIS, ſi dederis ei aliquid; ſed ſi te dignum præſtiteris, qui ab eo data accipias. Nam, uti aiunt Pythagorei, *Deum honorabis optimè, ſi Deo ſias mente ſimilis.* Et, *Quiſquis Deo tanquam egenti honorem tribuit, is imprudens ſe Deo ſuperiorem facit.* Et, *Oblationibus ſumtuoſis non honoratur Deus, niſi pio animo offerantur: Munera enim ac Sacrificia ſtultorum ſunt ignis pabulum; et Donaria ſacrilegorum præda. Pia verò mens firmitèr fundata, Deo nos conjungit: ſimile enim ad ſimile neceſſariò fertur*; unde et *ſolus ſapiens ſacerdos, ſolus Deo gratus, ſolus precandi gnarus* dicitur. Is enim ſolus HONORARE novit, qui HONORATORUM Dignitatem non confundit, & qui ſe ipſum primùm hoſtiam offert, ſuumque animum divinum ſimulachrum facit, & mentem ſuam, ceu templum, ad divinum lumen ſuſcipiendum præparat. Quid enim tale de materiis in medio poſitis adhibebis, unde Deo congruum ſimulachrum facias,

ται οὐδενὸς, ὐδὲ παρὰ κρειτλόνων, ἥπερ ἡμεῖς. Ita et Simplic. in Epict., ὅσιον καὶ δίκαιόν ἐςι τοῖς δεδωκόσιν ἀπάρχεσθαι, ὐχ ὅτι δεῖται τύτων ὁ Θεὸς, &c. p. 219. Ed. L. B.

[23] θυηπολίαι ἀφρόνων—] Hæc Græca, uſque ad εὔξασθαι, totidem fere verbis extant in Demophili ſentent. Pythagor. ap. Galæ. Mythol. I

[24] ἀπὸ τῶν—ὑλῶν] Nempe, ὐδὲν ἔνυλον, ὃ μὴ τῷ ἀνύλῳ ἀκάθαρἶον, ut optimè notat Porphyrius περὶ Αποχ. 2. 34. eſt verò Θεῷ προσφυὲς ἄγαλμα idem, quod vocat alibi θεοειδὲς ἄγαλμα. Sed et æquè commoda eſt altera lectio in MSS Gall. προσφιλὲς ἄγαλμα, cui conſentit Auriſpæ Verſio, *Deo acceptum ſimulachrum.*

ὁ τῷ Θεῷ προσφυὲς ἄγαλμα ἐργάσῃ, ἢ δῶρον ἑνοῦσθαι αὐτῷ δυνάμενον; ἃ δὴ ἐπὶ τῆς λογικῆς οὐσίας καθαρθείσης συμβαίνειν ἀνάγκη. Ὡς γὰρ οἱ αὐτοὶ Ἄνδρες φασὶ, [25] ψυχῆς καθαρᾶς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς Θεὸς οὐκ ἔχει· οἷς καὶ ὁ Πύθιος συμφέρεται, λέγων·

[26] Εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς γάνυμαι τόσον, ὅσον Ὀλύμπῳ.

Εὐσεβὴς δὲ, ὁ τὴν θείαν ἐπιστήμην ἔχων, καὶ τὴν ἑαυτοῦ τελείωσιν, ὡς τιμὴν ἀρίστην, προσάγων τοῖς τῶν ἀγαθῶν αἰτίοις, τῇ σπουδῇ τῆς κλήσεως πρὸς τοὺς χορηγεῖν πεφυκότας ἐπιστρεφόμενος, καὶ [27] τῷ λαμβάνειν τὰ ἀγαθὰ δύνασθαι, ΤΙΜΩΝ τοὺς ἀεὶ διδόντας αὐτά. Ὁ δὲ ἄλλως ΤΙΜΑΝ τὸ θεῖον προαιρούμενος, καὶ μὴ δι' ἑαυτοῦ, παρανάλωμα τῆς ἔξωθεν εὐπορίας ποιεῖται τὴν ΤΙΜΗΝ, οὐκ οἰκείαν ἀρετὴν προσφέρων, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς [28] αὐτῷ ἀφοσιούμενος. Ταῦτα δὲ οὐδὲ σπουδαίῳ ἀνδρὶ λαμβάνειν ἡδὺ, μὴ μετὰ τῆς ἀρίστης διαθέσεως διδόμενα. Τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ τοῦ Πυθίου πάλιν ἀπόφθεγμα. [29] Πρὸς γὰρ τὰς ἑκατόμβας θύσαντα μὴ μετ' εὐσεβοῦς γνώμης, καὶ

[25] ψυχῆς καθαρᾶς—] Hæc quoque exſtant in Demoph. ſentent. ap. Galæ.

[26] Εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς—] Hunc verſum citans Julianus Imper. in Fragm. p. 300. Ed. Lipſ. ſic notat, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ, γάνυσθαι φάσκοντος τῇ τῶν εὐσεβῶν ἀνδρῶν διανοίᾳ, ὅσον Ὀλύμπῳ τῷ καθαρωτάτῳ. confer Porphyr. περὶ Ἀποχ. lib. 2. Sect,34, 60, 61.

[27] τῷ λαμβάνειν τὰ ἀγαθὰ δύνασθαι, τιμῶν--] Sc. quòd ſit ἄξιος τοῦ λαβεῖν τὰ παρ' ἐκείνων, ut dixit in pag. præcedente. Ita fere Joſeph. in lib. 2. adverſ. Apion., παράκλησις πρὸς Θεὸν ἔστω δ' εὐχῆς καὶ δεήσεως, οὐχ ὅπως δῷ τ' ἀγαθὰ (δέδωκε γὰρ αὐτὸς ἑκὼν, καὶ πᾶσιν εἰς μέσον κατέθηκε) ἀλλ' ὅπως δέχεσθαι δυνώμεθα, καὶ λαβόντες φυλάττωμεν. His autem conſimilia legas ap. Salluſt. περὶ θεῶν cap. 15. Ed. Galæ.

facias, aut donum, quod cum eo adunari queat? Hæc enim ut in naturâ rationali purificatâ fiant, neceſſe eſt: Nam, ut iidem Viri dicunt, *non habet Deus in terris locum purâ animâ ſibi aptiorem:* quibus & ipſe Pythius conſentit dicens,

'*Piis ego hominibus tantum gaudeo, quantum*
'*cælo.*

Pius autem eſt is, qui divinâ ſcientiâ præditus, ſuam perfectionem, tanquam honorem præſtantiſſimum, bonorum auctoribus offert, & illa adipiſcendi ſtudio ad eos, qui ſuppeditare queunt, ſe convertit; atque ſeipſum ad bona accipienda idoneum reddendo, eos HONORAT, qui illa perpetuò largiuntur. Quiſquis autem HONOREM Deo aliter exhibere vult, quàm per ſeipſum, is in bonorum externorum ſumtu HONOREM collocat, non ſuam ei virtutem offerens, ſed iis, quæ extrà ſunt, defungens. Hæc verò accipere ne viro quidem probo volupe eſt, niſi ab optimè affecto donantis animo procedant. Ejuſmodi autem eſt & alterum Apollinis effatum: ei enim, qui animo haud pio hecatomben ſacrificaverat, quæ-

28 αὐτῷ] Sic legimus è MS Med. Coll. Gud. pro αὐτοῖς, quod habent Editt. priores; nam refertur ad τὸ θεῖον, quod paulò ante præceſſit. In illis verò, quæ mox ſequuntur, ταῦτα δὲ οὐδὲ σπυδαίῳ—, reſpicit planè ad Platonis verba de Leg. 4. p. 716, παρὰ δὲ μιαρῦ δῶρα ὔτ' ἄνδρα ἀγαθὸν, ὔτε θεόν ἐςι πολὲ τό γε ὀρθὸν δέχεσθαι. Unde et Cic. de Leg. 2. 16. *Vir nemo bonus ab improbo ſe donari velit.*

29 πρὸς γὰρ τὸν Εκατόμβας θύσαντα--] Ad Theſſalum ſc. quendam; cui τὺς χρυσόκερως βῦς ϰ̀ ἑκατόμβας offerenti reſpondit Pythia, μᾶλλον τὸν Ερμιονέα κεχαρῖσθαι, qui farinæ tantum, quantum tribus digitis capere potuit, obtulit, uti narrat Porphyr. de Abſtin. 2. 15.

renti,

καὶ πυνθανόμενον πῶς εἴη προσδεδεγμένος τὰ παρ' αὐτοῦ δῶρα, ἀποκρίνεται,

Ἀλλά μοι εὔαδε χόνδρος ἀγακλυτοῦ Ἑρμιονῆος.

τὸ εὐτελέστατον προκρίνων τῆς τοσαύτης πολυτελείας, ὅτι δὴ [30] θεοσεβεῖ γνώμῃ κεκόσμητο. Μετὰ ταύτης γὰρ πάντα θεοφιλῆ· καὶ ἄνευ ταύτης οὐδὲν Θεῷ φίλον ἄν ποτε γένοιτο. Καὶ τὰ μὲν περὶ θεοσεβείας καὶ ὁσιότητος ἱκανῶς ἐν τῷ παρόντι λέλεκται. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ΝΟΜΟΝ τῆς τοῦ Παντὸς διατάξεως ἄτρεπτος φρουρὰ διατηρεῖ, καὶ τῆς φρουρᾶς ταύτης φύλακα τοῖς Παλαιοῖς ἔθος ἦν δι' ἀπορρήτων ὅρκον ὀνομάζειν, εἰκότως ἐφεξῆς τοῖς προειρημένοις ὡς ἀκόλουθον ἐπάγει δόγμα τὸ περὶ ὅρκου παράγγελμα.

—ΚΑΙ ΣΕΒΟΥ ΟΡΚΟΝ—

Νόμον μὲν ἐν τοῖς προτέροις ἀπεφηνάμεθα, τὴν [31] ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσαν ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀϊδίως καὶ ἀτρέπτως τὰ πάντα πρὸς τὸ εἶναι παράγουσαν. ΟΡΚΟΝ δὲ νῦν ἑπομένως ἂν τῷ νόμῳ λέγοιμεν, τὴν ἐν ταυτότητι τὰ πάντα διατηροῦσαν αἰτίαν, καὶ οὕτως αὐτὰ βεβαιουμένην,

[30] θεοσεβεῖ γν.] Hoc quoque debemus MS Medicæ. Coll. Gud., quod melius planè, quàm θεοσεβείας γνώμη in Editt. prior. et ſic quidem ipſe Hierocles ſuprà μετ' εὐσεβοῦς γνώμης. meliùs etiam in ſequentibus repoſuimus ex eodem ταύτης pro αὐτῆς.

[31] ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσαν ἐνέργειαν] Conjunctio καὶ, quam poſt ἀεὶ exhibent Editt. priores, cùm loco inepta ſit, nos eam ſcribæ tantùm ſphalma judicantes omiſimus, idque ob has rationes, primò, quia loci ſententiam planè perturbat; nam expende, quæſo, ejus partes, ἀεὶ ἔχουσαν ἐνέργειαν, *ſemper ſe habentem operationem*, atque, ὡσαύτως ἔχουσαν ἐνέργειαν, *eodem modo ſe habentem operationem*; nam poſterioris quidem ſenſus apparet, ſed priori

nullus

renti, quàm accepta illi ſua eſſent dona, reſpondit,

‘ *At mihi farra placent prænobilis Hermionei.*

Id utique, quod erat viliſſimum, tantæ magnificentiæ præponens, quòd mentis pietate ornaretur: Hæc enim ſi adſit, Deo grata ſunt omnia; nihil autem omnino ei acceptum, ſi hæc deſit. Atque de iis, quæ ad pietatem in Deum, et ſanctitatem, attinent, ſatis in præſens dictum arbitror. Quandoquidem verò *Legem*, quâ univerſa ordinantur, conſtans tuetur cuſtodia, atque veterum mos erat, cuſtodiæ hujus cuſtodem myſticè Ὅρκον nominare, merito prædictis, veluti conſequens Dogma, hoc de jurejurando præceptum ſubjungit,

—ET COLE JUSJURANDUM.—

Legem in ſuperioribus Dei operationem illam eſſe docuimus, quæ eodem ſemper modo ſe habet, atque perpetuâ & immutabili ratione res omnes producit: JUSJURANDUM verò nunc, quatenus Legem comitatur, cauſam illam dicamus, quæ omnia in eodem ſtatu conſervat, atque ea

nullus ineſt ſenſus; at lege ſine καὶ, ſc. ἀεὶ ὡσαύτως ε. ε., et nil erit manifeſtius, nempe, *ſemper eodem ſe modo habentem operationem.* Atque, ut ſic legatur, poſtulat, 2do hujus dictionis uſus apud Platonicos frequentiſſimus; ita enim, ταῦτα ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει, ψυχὴ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσα, ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντες θεοὶ, et conſimilia, innumeris in locis apud Platonem, Jamblichum, Proclum, et Simplicium reperimus. Fateor equidem illam quoque phraſim, ἀεὶ καὶ ὡσαύτως, ſæpe occurrere, et rectè quidem cum verbo γινώσκειν, aut νοεῖν uti haud ſemel habet Hierocles, ἀεὶ καὶ ὡσαύτως νοεῖν Θεὸν, non verò item cum verbo ἔχειν, uti hîc, niſi in loco planè mendoſo, ut poſtea oſtendemus.

μένειν, ὡς ἐν ΟΡΚΟΥ πίστει κρατούμενα, καὶ διασώζοντα τοῦ νόμου τὴν τάξιν, ὥστε ἀποτέλεσμα τοῦ Δημιουργικοῦ Νόμου εἶναι τὸ ἀπαράβατον τῆς ἐν τοῖς δημιουργηθεῖσιν εὐταξίας. Τὸ γὰρ διαμένειν τὰ πάντα, νόμῳ ὡς διακεῖνται, προηγούμενον ἔργον ἂν εἴη τοῦ ΟΡΚΟΥ τοῦ θείου· ὃς ἐν μὲν τοῖς ἀεὶ νοοῦσι τὸν Θεὸν μάλιστά τε καὶ ἀεὶ διασώζεται· ἐν δὲ τοῖς ποτὲ μὲν νοοῦσι, ποτὲ δὲ ἀφισταμένοις τῆς θείας γνώσεως, [32] καὶ Ο ΟΡΚΟΣ ὁμοίως παραβαίνεται μὲν ὑπὸ τῶν ἀφισταμένων, αὖθις δὲ τηρεῖται ὑπὸ τῶν πρὸς τὴν [33] θείαν στροφὴν ἀναγομένων. Ἡ γὰρ τήρησις τῶν θείων νόμων ΟΡΚΟΣ νῦν λέγεται, ᾧ δέδεται καὶ ἀνήρτηται πάντα πρὸς τὸν δημιουργὸν Θεὸν τὰ γινώσκειν αὐτὸν πεφυκότα· ὧν τὰ μὲν, ἀεὶ ἐχόμενα αὐτοῦ, ἀεὶ ΣΕΒΕΙ ΤΟΝ ΟΡΚΟΝ· τὰ δὲ ἀφιστάμενά ποτε, τότε καὶ περὶ τὸν ΟΡΚΟΝ ἀσεβεῖ, οὐ μόνον τοῦ θείου νόμου τὴν τάξιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ θείου ΟΡΚΟΥ τὴν πίστιν, παραβαίνοντα. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ τοῖς λογικοῖς γένεσιν ἐνουσιωμένος ΟΡΚΟΣ, ἔχεσθαι τοῦ πατρὸς αὐτῶν καὶ ποιητοῦ, καὶ μὴ παραβαίνειν μηδαμῇ τοὺς ὑπ' ἐκείνου διορισθέντας νόμους προσ-

[32] καὶ ὁ ὅρκος--] Lacunam hîc notat Editor Cant., auctore Bentleio; qui, ut hunc, quem ſtatuit, defectum ſuppleret, illam in lin. 6. voculam, ΟΣ (ſc. ὅρκος) audacter mutavit in Ο ΓΑΡ ΝΟΜΟΣ, unde totius loci ſententiam pervertit, lacunam ſupplere volens, ubi nulla omninò eſt. Totus enim locus cuivis attentiùs legenti ſanus planè et integer apparebit.

[33] θείαν στροφὴν] Ita è Codice ſuo edidit Curter., & ſic Ed. Lond. at MS Med. Coll. Gud. habet ἐπιστροφὴν, quod nonnullis fortaſſe magis placeat: defendi tamen poteſt στροφὴν; hanc autem lectionem irridens Editor Cant., loco ejus (Bentleii, ut ait, judicio fretus) temerè inſeruit ἀναστροφὴν. Agnoſco ſanè ſacræ S. vocem, ſed nihil ad hanc rem; nec, quia ipſe Hierocles eam infrà habet, ideo reponi hîc debuit; ibi enim loquitur de terrenæ in-

inter

ita arctè continet, quaſi JURISJURANDI fide obſtricta Legis ordinem obſervarent; adeo ut recti ordinis in rebus creatis conſtantia ſit conſummatio Legis Creatricis. Nam ut omnia permaneant, ſicut Lege diſpoſita ſunt, primarium eſt opus divini JURISJURANDI; quod quidem inter eos, qui Deum ſemper cognoſcunt, maximè atque perpetuò ſervatur: Inter eos autem, qui aliquando cognoſcunt, aliquando verò a divina cognitione abſcedunt, ipſum quoque JUSJURANDUM ſimiliter ab his violatur, qui abſcedunt; contrà verò ab illis, qui ad Deum denuò revertuntur, conſervatur. Nam Legum divinarum obſervatio nunc JUSJURANDUM dicitur, per quod cuncta illa cum Deo opifice colligantur, & connectuntur, quæ ad eum cognoſcendum apta nata ſunt: quorum ea, quæ ſemper illi adhærent, JUSJURANDUM ſemper COLUNT; ea verò quæ recedunt aliquando, JURISJURANDI etiam religionem abjiciunt, non ſolum divinæ Legis ordinem, ſed divini etiam JURISJURANDI fidem violantia. Hujuſmodi igitur eſt JURISJURANDI entibus ratione præditis naturâ inſiti vis, ut illa cogat Patri ſuo & Creatori ſemper adhærere, atque Leges ab eo fixas

nullo

ter homines vitæ ἀναςροφῇ, & jurejurando ad eam pertinente: hîc verò de θείῳ ὅρκῳ agit, cujus τήρησις ad τρία γένη τῶν λογικῶν ſpectat, dicitque horum τρίτον γένος, ſc. καταχθονίους δαίμονας, quos alibi αἰθερίους μεταπίπτοντας, & ἀθανάτους ἀνθρώπους vocat, cùm ἀμφίβιοι ſint, & modò in æthere, modò in terrâ degere poſſint, ſimiliter θεῖον ὅρκον modò obſervare, modò violare: nimirum, obſervant, dum in æthere manentes Deum cognoſcunt; violant autem, cùm à Dei cognitione excidentes corpus aſſumunt; addit tamen, animas illas ſic lapſas, relictis demum corporibus, priſtinum in æthere ſtatum recuperare poſſe, ac ad Dei cognitionem, & θείου ὅρκου τήρησιν, reverti, cùm ſcilicet πρὸς

θείαν

34 προσαναγκάζων. Ὁ δὲ ἐν ταῖς κατὰ τὸν βίον ἀναστροφαῖς ΟΡΚΟΣ ἴχνος ἐστὶν ἐκείνου, πρὸς ἀλήθειαν ἀπευθύνων τοὺς δεόντως αὐτῷ χρωμένους. Τὸ γὰρ ἀμφίβολον τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως εἰς βεβαιότητα μεταρρυθμίζει, καὶ μένειν ἐπὶ τῆς ταυτότητος ἀναγκάζει, ἔν τε λόγοις καὶ ἔργοις· τοῦτο μὲν, τῶν γεγενημένων τὸ σαφὲς ἐκφαίνων. τοῦτο δὲ, τῶν μελλόντων γενήσεσθαι τὸ βέβαιον ἀπαιτῶν. Διὰ ταῦτα δὴ καὶ μάλιστα ΣΕΒΕΣΘΑΙ προσήκει τὸν ΟΡΚΟΝ· τὸν μὲν κατ' οὐσίαν προϋπάρχοντα, διὰ τὴν τῆς ἀϊδιότητος φρουράν· τὸν δὲ ἀνθρώπινον, καὶ τοῖς ἐν βίῳ πράγμασιν ἐπικουρεῖν, ὡς εἰκόνα ἐκείνου, καὶ μετ' ἐκεῖνον βεβαιότητος καὶ ἀληθείας γινόμενον ἡμῖν πρύτανιν, καὶ τῶν καλλίστων ἠθῶν πληροῦντα τοὺς ΣΕΒΕΙΝ αὐτὸν μεμαθηκότας. ΣΕΒΑΣ δὲ ΟΡΚΟΥ μόνον ἂν εἴη ἡ τήρησις τῶν ὀμωμοσμένων, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, 35 ἀπαραπόδιστος, ἡ πρὸς τὸ μόνιμον καὶ ἀληθευτικὸν τῆς θείας ἕξεως τῇ ἑκουσίῳ ἀνάγκῃ τοὺς ΣΕΒΟΝΤΑΣ τὸν ΟΡΚΟΝ συναρμόζουσα. Καὶ ἡ μὲν πρώτη καὶ ἀπόρρητος ΕΥΟΡΚΙΑ, διὰ τῆς εἰς Θεὸν ἐπιστροφῆς, αὖθις ἀναλαμβάνεσθαι πέφυκε τῶν καθαρτικαῖς ἀρεταῖς τὴν παρέκβασιν 36 ἰωμένοις τοῦ θείου ΟΡΚΟΥ· ἡ δὲ βιωτικὴ εὐορκία τῶν πολιτικαῖς ἀρεταῖς διασώζεται. Μόνοι

θείαν στροφὴν ἀνάγοντας, id eſt, cùm illæ, quæ priùs ἔξω θείου χοροῦ erant, ut alibi dicit, rurſùm τῷ θείῳ συνάπτονται χορῷ, & τῷ θείῳ χορῷ συμφέρονται. Hæc enim θεία στροφὴ eadem plane eſt, quam alibi vocat τὴν πρὸς Θεὸν ἐπιστροφὴν, & πρὸς νοῦν στροφὴν, & quæ ἡ ἄνω στροφὴ à Simplicio appellatur, atque à Proclo, ἡ εἰς τὸ αἴτιον στροφὴ, & ἡ πρὸς τοὺς θεοὺς ἐπιστροφή. Vides igitur hanc phraſim, quam Editor Cant. tanquam *ineptam & abſurdam* rejecit, Hierocle Platonico non eſſe indignam.

34 προσαναγκάζων] Hoc è MS M. Coll. Gud. adjecimus, quod & ſententia planè flagitat; ſicque de ὅρκῳ etiam βιωτικῷ paulò poſt

nullo modo tranſgredi. Hujus verò JURISJURANDI exemplum eſt illud, quod in vitæ commerciis uſurpatur; quod homines ritè eo utentes ad veritatis normam componit; incerta enim conſilia hominum certa reddit, eoſque in eodem propoſito manere cogit, cum in dictis, tum in factis; partim præteritorum certitudinem demonſtrans, partim futurorum conſtantiam exigens. Atque ob has quidem cauſas maximè COLENDUM eſt JUSJURANDUM; illud ſc., quod naturâ præexiſtit, quia perennitatis eſt Cuſtos; humanum autem illud, quod in vitæ actionibus auxilio eſt, quia prioris imago eſt, & ſecundum illud conſtantiam atque veritatem tuetur, eoſque moribus optimis inſtruit, qui ipſum COLERE didicerunt. JURISJURANDI verò CULTUS unicus eſt inviolata eorum, quæ jurantur, quantum in nobis eſt, Cuſtodia, quæ eos, qui JUSJURANDUM COLUNT, voluntariâ quâdam neceſſitate ad divini habitûs conſtantiam & veritatem componit. Prima verò illa & myſtica JURISJURANDI Sanctitas, per converſionem ad Deum rurſum poteſt recuperari ab iis, qui virtutibus purgatoriis divini JURISJURANDI violationem ſanant; JURISJURANDI autem, quod in hujus vitæ rebus verſatur,. ſanctitas civilibus virtutibus conſervatur.

 Soli

poſt dicit, *μένειν ἐπὶ τῆς ταυτότητος ἀναγκάζει.*

35 *ἀπαραπόδιστος, ἡ πρὸς —— συναρμόζουσα.*] Addidit hîc Editor Cant. è MS Med. Coll. Salvin. ΤΗΡΗΣΙΣ ΔΕ ΛΕΓΕΤΑΙ ante *ἡ*, & ΔΥΝΑΜΙΣ poſt *συναρμόζουσα*: at cùm de his ſileat ejuſdem Codicis Coll. Gud., & Gloſſema planè ſapiant, ac omnino ſupervacanea ſint, veterem lectionem reſtituimus.

36 *ἰωμένοις*] Sic Edit. Cant. è MS Med. pro Vulg. *ἰωμένη*. Rectè quidem, ſi addidiſſet ΤΟΙΣ, ut ſit, *ἀναλαμβάνεσθαι πέφυκε τοῖς*

ταῖς

Μόνοι γὰρ οἱ τὰς ἀρετὰς ταύτας κεκτημένοι καὶ εὐορκεῖν ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον δύνανται· ἡ δὲ κακία μήτηρ ἐπιορκίας τῷ ἀβεβαίῳ τοῦ ἤθους τὸν ΟΡΚΟΝ καταπατοῦσα. Πῶς γὰρ ἂν ὁ φιλοχρήματος ἢ πρὸς ἀργυρίου λῆψιν, ἢ ἀπόδοσιν, εὔορκός ποτε γένοιτο; Πῶς δὲ ὁ ἀκόλαστος, [37] ἢ ὁ δειλὸς, ἐμμένῃ τοῖς ὅρκοις; Καὶ οὐχ [38] ὅπου δ' ἂν ἑκάτερος αὐτῶν οἰηθείη πλέον τι ἕξειν, ἐν οἷς ἐστιν ἥττων, ἐνταῦθα τὸ ΣΕΒΑΣ [39] τῶν ΟΡΚΩΝ ἀποδύσεται, θνητὰ καὶ ἐπίκηρα τῶν θείων ἀγαθῶν ἀνταλλαττόμενος; Οἷς δὲ καλῶς τὸ τῶν ἀρετῶν ἐνίδρυται κτῆμα, τούτοις εὖ καὶ τὸ ΣΕΒΑΣ τῶν ΟΡΚΩΝ διασώζεσθαι πέφυκε. Μελέτη δὲ ἀρίστη τοῦ τηρεῖν τὸ περὶ αὐτὸν ΣΕΒΑΣ, τὸ μὴ πυκνῶς, μηδὲ ὡς ἔτυχε, χρῆσθαι ΤΩ ΟΡΚΩ, μηδὲ ἐπὶ τοῖς παρατυχοῦσι, μηδὲ εἰς ἀναπλήρωσιν λόγου, μηδὲ εἰς πίστωσιν διηγήματος· ἀλλ', ὡς οἷόν τε, τηρεῖν αὐτοῦ τὴν χρείαν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις τε ἅμα καὶ τιμίοις, καὶ τότε, ὅτε οὐδεμία ἄλλη τῶν τοιούτων σωτηρία παραφαίνεται, εἰ μὴ διὰ μόνης τῆς ἐκ τοῦ ΟΡΚΟΥ ἀληθείας. Ἔσται δὲ ταῦτα πιστὰ τοῖς ἀκούουσιν, εἰ τὸν τρόπον σύμφωνον τῷ ΟΡΚΩ παρεχοίμεθα, καὶ μηδεμίαν ὑποψίαν καταλείποιμεν,

ὡς

ταῖς καθαρτικαῖς — ἰωμένοις. At non malè ſic legi & diſtingui poſſe mihi videtur, διὰ τῆς ἐπιστροφῆς αὖθις ἀναλαμβάνεσθαι πέφυκε, ταῖς καθαρτικαῖς — ἰωμένης, ſc. ἐπιστροφῆς. Sic enim in Codicibus ſæpe η & οι invicem permutantur. Huic verò lectioni favere videatur Salluſt; περὶ θεῶν cap. 14. διὰ τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἐπιστροφῆς τὴν ἡμετέραν κακίαν ἰώμενοι. Et ipſe Hier. poſtea, τούτων λύσις ἡ πρὸς θεὸν ἐπιστροφὴ, & ἐπιστροφὴ πρὸς τὸν θεῖον νόμον τὰς ἀφορμὰς περικόπτουσα τῆς ἀπειθείας.

37 ἢ ὁ δειλὸς ἐμμένῃ τοῖς.] Sic recepimus è MS Med. Coll. Gud. pro vitioſis illis, ἢ δειλὸς ἐμμένει ἐν τοῖς, in duabus Editt. primis, &, ἢ δειλὸς ἐμμενεῖ ἐν τοῖς, in Ed. Cant.

38 ὅπου δ' ἂν] *Durius* hoc putans Editor Cant. *repoſuit* ὅπου γ' ἂν;

Digitized by Google

Soli enim ii, qui has virtutes poſſident, ſanctè etiam jurare in hujus vitæ rebus poſſunt: Perjurii verò parens eſt vitium, quod per morum Inconſtantiam JUSJURANDUM contemnit. Quo enim pacto ille, qui divitias amat, in pecuniâ vel accipiendâ vel reddendâ JURISJURANDI ſanctitatem ſervare poſſit? Quove modo is, qui incontinens eſt, aut timidus, in juratis perſtabit? ac non potiùs eorum uterque, ubicunque ſuperiorem ſe fore putaverit in iis, in quibus inferior eſt, JURISJURANDI RELIGIONE depoſitâ, mortalia & caduca cum divinis bonis commutabit? At quibus virtutum firma eſt poſſeſſio, ab iis etiam ſanctè conſervatur JURISJURANDI RELIGIO. Optima autem conſervandæ JURISJURANDI reverentiæ ratio erit, ſi nec crebrò, nec temerè, nec de quibuſlibet contingentibus, nec ad ſermonis complementum, nec ad narrationis confirmationem, eo utamur; ſed, quantum poſſumus, illud in neceſſariis tantùm, atque majoris momenti rebus adhibeamus; idque tunc, cùm earum nulla ſalus alia, quàm ex ſolâ veritate JUREJURANDO confirmatâ appareat. Invenient verò hæc fidem apud auditores, ſi mores oſtendamus JURIJURANDO congruos, nec ullum ſuſpicioni locum relinquamus,

ἂν; temerè verò, & nimis imperitè; nam ſic durè Xenophon in Oeconom. c. 5. ὅπυ δ' ἂν ἀναſκασθῇ ἡ γῆ χερσεύειν. Porphyr. de Abſtin. 4. 17, ὅπῃ δ' ἂν τυχη τῆς πόλεως. Et alii ſæpe: differentia autem inter ὅπυſε, & ὅπου δ' ἂν, ſatis eſt, ut opinor, juvenibus nota.

39 τῶν ὅρκων] Editor Cant., auctore Bentleio, hîc, & paulò poſt, fidenter hæc mutavit in τοῦ ὅρκου. Quidni autem legatur τῶν ὅρκων, uti ſuprà τοῖς ὅρκοις? quia, inquit, in proximâ ſententiâ ſequitur ſingulare αὐτὸν; atqui non huc refertur illud αὐτὸν, ſed planè ad τῷ ὅρκῳ in eâdem ſententiâ; hic enim eſt verborum ordo, τὸ μὴ πυκνῶς χρῆσθαι τῷ ὅρκῳ μελέτη ἀρίστη τοῦ τηρεῖν τὸ περὶ αὐτὸν σέβας.

ὡς ἄρα ποτὲ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων φανείη τι μεῖζον ἡμῖν ἀληθείας, εἴτε ἀνωμότοις, εἴτε καὶ ὀμνύουσι. Τὸ δὴ ΣΕΒΟΥ ΟΡΚΟΝ, οὐ μόνον εὐορκεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπέχεσθαι ΟΡΚΟΥ, παρεγγυᾷ. Οὕτω γὰρ ἂν τηρήσαιμεν [40] τὸ ἀεὶ εὐορκεῖν, εἰ μὴ καταχρησοίμεθα τοῖς ΟΡΚΟΙΣ. Καὶ γὰρ ἐν τῇ συνεχείᾳ τοῦ ὀμνύειν ῥᾳδίως ἂν μεταπέσοι τις εἰς ἐπιορκίαν. Φειδοῖ δὲ ἡ τήρησις ἕπεται. Ἢ γὰρ οὐκ ὀμεῖται· ἢ, ὅταν ὄμνυσιν, εὐορκήσει· καὶ οὔτε ἂν ὑπὸ συνηθείας [41] προδράμῃ ἡ γλῶσσα, οὔτε ὑπὸ παθῶν ἀκρατείας ἡ διάνοια σφαλείη. Τὴν μὲν γὰρ ὁ τρόπος ὀρθώσει χρηστὸς ὤν, τὴν δὲ, τὸ ἔθος τῆς ἀποχῆς τοῦ ὀμνύναι. Πρέπει δὲ τῇ προειρημένῃ τιμῇ τῶν θεῶν ἡ εὐορκία, ὡς ἀεὶ σύμφυλος καὶ ὀπαδὸς τῆς εὐσεβείας· καὶ γὰρ καὶ ὁ ΟΡΚΟΣ τοῦ θείου νόμου ἦν φύλαξ κατὰ τὴν τοῦ Παντὸς διακόσμησιν. Τίμα οὖν τὸν νόμον ἑπόμενος αὐτοῦ τῇ διατάξει, καὶ ΣΕΒΟΥ ΤΟΝ ΟΡΚΟΝ τῷ μὴ προχείρως αὐτῷ καταχρῆσθαι, ἵν' ἐθισθῇς εὐορκεῖν ἐκ τοῦ μὴ [42] εἰθίσθαι ὀμνύναι. Μέρος γὰρ οὐ μικρόν ἐστι τῆς εὐσεβείας ἡ εὐορκία. Καὶ περὶ μὲν τοῦ πρώτου γένους τῶν Κρειττόνων, καὶ τοῦ Θείου Νόμου, τοῦ τῆς τάξεως ἡγουμένου, καὶ τοῦ συνεπομένου ΟΡΚΟΥ τῷ Νόμῳ, τοσαῦτα· ὅτι δὲ καὶ τὸ, μετὰ Θεοὺς, γένος, [43] ὃ ἔφαμεν δεύτερον εἶναι, δευτέρως χρὴ τιμᾷν, ἐπάγει.

ΕΠΕΙΘ'

[40] τὸ ἀεὶ εὐορκεῖν] Deeſt ἀεὶ in MS Med. Coll. Gud., & ſatis commodè abeſſe poteſt, niſi malis, inverſis verbis, ſic legere, τηρήσαιμεν ἀεὶ τὸ εὐορκεῖν. Ita Crotoniatis præcepit Pythagoras, μηδενὶ καταχρήσασθαι τῶν θεῶν εἰς ὅρκον, &c. ut ait Jamblic. in Vitâ. n. 47.

[41] προδράμῃ ἡ γλῶσσα] Deeſt id, cui præcurrit lingua; ſubaudi igitur τῆς διανοίας, quod tamen, ſi faverent Codices, additum mallem, ſc. προδράμῃ ἡ γλῶσσα τῆς διανοίας. Nam reſpicere videtur Hierocles ad Iſocratis ad Demon. verba, πολλοῖς ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς διανοίας, aut

rerum quidquam humanarum nobis, ſeu injuratis, ſeu juratis, pluris aliquando eſſe, quàm Veritatem. Hoc utique præceptum, JUSJURANDUM COLE, nobis non ſolùm ut ſanctè juremus, ſed ut & à JUREJURANDO abſtineamus, injungit. Sic enim ſemper ſanctè jurabimus, ſi JUREJURANDO non abutamur. Is enim qui crebrò jurat in perjurium facilè prolabi poſſit: rariorem verò ejus uſum ſequitur obſervatio. Aut enim quis non jurabit, aut cum jurat, ſanctè jurabit, & ita, ut neque præ conſuetudine Lingua menti præcurrat; nec Mens ab affectuum intemperantiâ pervertatur. Hanc enim Morum probitas corriget; illam autem conſueta JURISJURANDI abſtinentia. Honori autem Deorum ſupradicto convenit JURISJURANDI Sanctitas, ut quæ Pietatis cognata comeſque ſit perpetua; quandoquidem & ipſum JUSJURANDUM divinæ Legis cuſtos fuit in conſtituendâ rerum univerſitate. Legem igitur reverere, inſtituta ejus obſervando, & JUSJURANDUM COLE, temerarium ejus abuſum vitando; ut ex raro JURISJURANDI uſu ſanctè jurandi morem obtineas. Pars enim non exigua pietatis eſt JURISJURANDI ſancta obſervatio. Hactenus verò de primo Superorum genere, & de divinâ Lege, quæ ordini præeſt, & de JUREJURANDO, quod Legem comitatur. Porrò autem Carmen docens genus quoque Diis proximum, quod nos ſecundum diximus, ſecundo loco honorandum eſſe, adjicit.

—DE-

aut ad Chilonis præceptum illud, τὴν γλῶτταν μὴ προτρέχειν τοῦ νοῦ. ap. Laert. 1. 70.

42 εἰθίσθαι] Edidit Curter. εἰθισθῆναι, pro quo Editor Cant. ἐθισθῆναι, nobis verò loco aptius viſum eſt εἰθίσθαι, quod auctoritate MS Med. Coll. Gud. & MSS Gall. recepimus.

43 ὃ ἔφαμεν δεύτερον εἶναι] Editt. priores pro δεύτερον exhibent

ἀγϛί-

— ΕΠΕΙΘ' ΗΡΩΑΣ ΑΓΑΥΟΥΣ.

Οὗτοι ἦσαν τὸ μέσον γένος τῶν λογικῶν οὐσιῶν, οἱ μετὰ Θεοὺς τοὺς ἀθανάτους τὴν ἐφεξῆς πληροῦντες χώραν προηγοῦνται τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ συνάπτουσι δι' ἑαυτῶν τὰ ἔσχατα τοῖς πρώτοις. Τούτοις οὖν, ὡς δευτέροις, τὴν δευτέραν τιμὴν ἀποδιδόναι χρὴ, προσυπακούοντας καὶ ἐπ' αὐτῶν τὸ ΤΙΜΑ ΝΟΜΩ ΩΣ ΔΙΑΚΕΙΝΤΑΙ. Ἡ γὰρ ὅλη δύναμις τῆς τιμῆς ἐν τῇ γνώσει τῆς οὐσίας τῶν τιμωμένων κεῖται, ἀφ' ἧς καὶ τὸ τῶν δεόντων εἰπεῖν τι, ἢ πρᾶξαι, πρὸς τὰ τιμώμενα εὖ καὶ καλῶς ἐξευρίσκεται. Πῶς γὰρ ἂν διαλεχθείη τις οἷς ἀγνοεῖ; Πῶς δὲ δῶρον προσάξει τούτοις, ὧν τὴν ἀξίαν οὐκ οἶδεν; Ἡ πρώτη οὖν καὶ ὄντως τιμὴ, καὶ ἐπὶ τῶν ΑΓΑΥΩΝ ΗΡΩΩΝ, ἐστὶν ἡ τῆς οὐσίας αὐτῶν καὶ τῆς τάξεως γνῶσις, καὶ ἡ τῆς παρεπομένης ἐνεργείας, καὶ εἰς τόδε τὸ Πᾶν διατεινούσης συντελείας, εἴδησις. Συμμέτρως δὲ καὶ ταῖς οὐσίαις ἐπὶ πάντων ποιεῖσθαι δεῖ τὴν τιμήν· τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὰς ἐπιστήμης παραγίνεται. Ὅταν γὰρ, ὡς ἕκαστα φύσεως ἔχει, καὶ τάξεως, διαγνῶμεν, τότε καὶ ἑπομένως τῷ νόμῳ τὴν τιμὴν αὐτοῖς ἀποδώσομεν. Τιμήσομεν δὲ οὐδὲν τῶν χειρόνων τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας, ἀλλὰ μένα προηγουμένως μὲν τὰ φύσει κρείττονα, καὶ τὰ ἴσα δὲ, ἀρετῆς ὑπεροχῇ κοσμηθέντα. Ἔστι δὲ τῶν φύσει κρειττόνων πρώτιστος, καὶ ἄριστος, ὁ δημι-

ἀγγελικὸν, quod tamen ante dictum non apparet. Atqui ἥρωες (inquit Davis.) *nominantur, qui iidem ſunt, atque ἄγγελοι.* Sunt, fateor, re quidem iidem, ſed non nomine, de quo tantùm nunc quæritur. Nos autem hoc dubium abſtulimus ope MS Med. Coll. Gud., in quo lectum invenimus ὃ ἔφαμεν δεύτερον, quod omnino

4

—DEINDE HEROAS ILLUSTRES.

Hi ſunt medium illud genus entium rationalium, qui ſecundum a Diis Immortalibus locum occupantes humanam Naturam præcedunt, primiſque ultima interventu ſuo connectunt. His igitur, ut ſecundis, ſecundum honorem tribuere debemus, de iis quoque intelligentes illud, HONORA, UTI LEGE SUNT DISPOSITI. Tota enim virtus honoris poſita eſt in naturæ eorum, qui honorantur, cognitione; unde quid dicere, vel facere oporteat reſpectu eorum, quibus honor tribuitur, rectè & ordine deducitur. Quo enim pacto quis cum eis ſermonis commercium habeat, quos ignorat? Quomodo verò illis munera offeret, quorum dignitatem neſcit? Primus igitur, & verus honos erga ILLUSTRES etiam HEROAS eſt, ut eorum naturam ac ordinem ſciamus; atque ut inde ortas eorum operationes, quantumque ad univerſi hujus perfectionem conferant, intelligamus. Oportet verò & omnibus honorem exhibere ipſorum naturis congruum; hoc autem ab earum cognitione fit. Cum enim rerum ſingularum naturam & ordinem intellexerimus, tunc & honorem legi congruum eis tribuemus. At eorum nullum honore afficiemus, quæ humanâ Naturâ inferiora ſunt, ſed primariò ea ſola, quæ naturâ ſunt ſuperiora: quin & æqualia, modò eminenti virtute prædita ſint. Eorum verò, quæ naturâ præcellunt, prin-

omnino rectum judicamus; ſic enim Heroas in λοιπῶν generibus τὰ δεύτερα bis ſuprà appellavit; ſicque locus ipſe poſcere hîc videtur, ſc. ὃ ἔφαμεν δεύτερον, δευτέρως χρὴ τιμᾷν, itidem paulò inferiùs, τούτοις, ὡς δευτέροις, δευτέραν τιμὴν ἀποδιδόναι χρή.

ceps

δημιουργὸς Θεὸς, ἀσυγκρίτως τῶν πάντων προτιμώμενος. 44 Τῶν δὲ ἐν κόσμῳ πρῶτοι, οἱ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτὸν, ἀτρέπτως αὐτὸν νοοῦντες, καὶ ἀπαθῶς ἐνεικονιζόμενοι τὴν ἀπὸ τῆς δημιουργικῆς αἰτίας εἰς αὐτοὺς καθιοῦσαν τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν· οὓς ὁ παρὼν λόγος ΑΘΑΝΑΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ προσεῖπεν, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκουσιν, οὐδὲ ἀποβάλλουσι τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοίωσιν, ἀλλ' ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἐν αὐτῇ διατελοῦσι. Μέσοι δὲ οὐσίᾳ, καὶ τιμῇ, οἱ νῦν λεγόμενοι ΗΡΩΕΣ ΑΓΑΥΟΙ, ἀεὶ μὲν νοοῦντες τὸν δημιουργὸν, καὶ τῇ παρ' αὐτοῦ εὐζωΐᾳ καταλαμπόμενοι, οὐχ ὡσαύτως δὲ, οὐδὲ ἀτρέπτως. Ἐν γὰρ τῷ μέσως ἡνῶσθαι πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τροπὴν ἀκάκιωτον ἐπιδεχόμενοι, ἄλλοτε ἄλλαις ἐπιβολαῖς περὶ αὐτὸν χορεύουσι, καὶ τὴν ἀμετάβλητον καὶ 45 ἡνωμένην

44 *τῶν δὲ ἐν κόσμῳ*] Ita rectè MS Med. Coll. Gud. pro *ὡς δὲ ἐν κόσμῳ*, quod exhibent Editt. priores. Vult enim *ἀθανάτους θεοὺς*, uti mox ſequitur, quos ſæpe appellat *τῶν ἐγκοσμίων πρώτους*, & *τὰ ἐν κόσμῳ πρῶτα*.

45 *ἡνωμένην θεωρίαν— πεπληθυσμένῃ γνώσει —*] Obſcuriores paulo ſunt hæ phraſes; per quas tamen Hierocles, ut opinor, id tantùm, quod ſuprà planiùs dixerat (nempe, Deos Immortales *ἀεὶ ὡσαύτως νοεῖν τὸν Θεὸν*, Heroas verò, *ἄλλοτε ἄλλως*) vocabulis hîc à Pythagoreorum de numeris doctrinâ traductis exprimere voluit; quippe Pythagorei rerum naturas & poteſtates per numerorum inter ſe vim & proportionem *συμβολικῶς* metiebantur, atque adeo rem quamlibet, quo propiùs longiúſve ab *ἀρχῇ*, ſeu Monade, abeſſet, eo plùs minúſve perfectionis obtinere judicabant; Hierocles igitur Deos hoſce cœleſtes, qui ad primam cauſam, Monadem ſc. (nam *Μονὰς ὁ Θεὸς*) *ἀμέσως* accedunt, dicit cognitionem ejus habere *ἡνωμένην*, id eſt, *μοναδικὴν*, ſeu (ut inquit Proclus) *μονοειδῆ*, unimodam ſc., & perfectam, *ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσαν*: Heroas verò in æthere longiùs diſtantes, ad quos cognitio iſta per intermedios Deos *διεξοδικῶς* derivatur, eam non ampliùs *ἑνοειδῆ* habere, ſed (ſecundùm numerorum analogiam, ab Henade in *πλῆθος* procedentium) *πεπληθυσμένην*, i. e. (ut ait Proclus) *πολυειδῆ καὶ πολυμετάβολον*, multimodis ſc. variatam, & multipliciter mutabilem, *ἄλλοτε ἄλλην*,

ceps & optimus eſt Deus Opifex, omnibus citra comparationem honore præferendus. Mundanorum verò primi ſunt ii, qui ab ipſo, & poſt ipſum, conſtituti, immutabili ejus cognitione fruuntur, & ab affectibus puram retinent bonorum ab Opifice cauſâ impreſſam ſibi imaginem; quos IMMORTALES DEOS ideo appellavit Carmen, quod nunquam moriuntur, neque ſimilitudinem Dei amittunt, ſed in eâ ſemper, & eodem modo perſeverant: illi autem naturâ & honore medii ſunt, qui nunc dicuntur HEROES ILLUSTRES, qui Opificem quidem ſemper norunt, vitæque felicitate ab eo illuſtrantur, non eodem tamen modo, neque immutabilitèr. Ex eo enim, quòd mediatè cum Deo conjungantur, & converſionem vitii expertem obtinentes modò his modò illis circa eum motibus

ἄλλην, incertam utique & imperfectam. Hoc autem Hierocles iterum in Lib. de provid. ap. Phot. Cod. 251. explicatiùs repetit his verbis, τὸ μὲν ἀεὶ νοεῖν τὸν Θεὸν, καὶ ἡνωμένην αὐτοῦ γνῶσιν ἔχειν, τοῖς οὐρανίοις πρόσεστι· τὸ δὲ ἀεὶ μὲν, διεξοδικῶς δὲ, τοῖς αἰθερίοις ὑπάρχει. Quibus mox ſubjungit, τὴν νόησιν ἑνιαίαν eſſe τῶν οὐρανίων, τὴν δὲ ἐν τάξει πληθυνομένην γνῶσιν τῶν αἰθερίων. Hæc verò vocabula in hunc ſenſum tralata ſæpe uſurpant Platonici, præſertim Proclus in Platonis Timæum, qui in pag. 8. hanc iſtius uſûs rationem reddit, ἐν τοῖς αἰτιωτέροις ἀεὶ καὶ θειοτέροις συνέσταλται τὸ πόσον, καὶ ἠλάττωται τὸ πλῆθος, ὑπερβάλλει δὲ ἡ δύναμις· καὶ ἔστι τοῦτο δόγμα τῶν Πυθαγορείων, παρ' οἷς ἡ τριὰς σεμνοτέρα τῆς τετράδος, καὶ ἡ τετρὰς τῆς δεκάδος, καὶ πάντες οἱ εἴσω τῆς δεκάδος τῶν μετ' αὐτήν· καὶ ἁπλῶς ὁ ἐγγύτερος τῆς ἀρχῆς ἀρχικώτερός ἐστι, τὸ δὲ ἀρχικώτερον δυνατώτερον. ἐπείπερ ἡ πᾶσα δύναμις ἐν τῇ ἀρχῇ προείληπται, καὶ παρὰ τῆς ἀρχῆς δίδοται τοῖς ἄλλοις. —— ἐπεὶ δὲ μονὰς ἡ ἀρχὴ, τὸ μοναδικώτερον κρεῖττον, καὶ δυνατώτερον τῶν πεπληθυσμένων, καὶ μᾶλλον τῆς αἰτίας ἀφισταμένων. Cæterùm notat hîc porro Hierocles, Heroas hanc ſuam γνῶσιν πεπληθυσμένην ad tertium quoque genus τῶν λογικῶν, animas ſc. humanas, gradatim tranſmittere, atque ita ſuo interventu primum genus ab ultimo ſecernere ſimul & connectere; quod & ſuperiùs dixerat in pag. 20. medium ſc. genus τῇ δι' ἑαυτοῦ μεσότητι τὰ ἄκρα πρὸς

μένην θεωρίαν τῶν πρώτων τῇ ἑαυτῶν πεπληθυσμένῃ γνώσει διαιροῦσί τε ἅμα καὶ συνάπτουσι, τὰ πέρατα τῆς ἐκείνων [46] ἐποπτείας ἀρχὰς τῆς ἑαυτῶν ποιούμενοι μυήσεως. [47] Οἱ δὴ καὶ εἰκότως ΑΓΑΥΟΙ ΗΡΩΕΣ λέγονται· ΑΓΑΥΟΙ μὲν, ὡς ἀγαθοὶ ὄντες, καὶ φωτεινοὶ ἀεὶ, καὶ μήτ᾽ ἐν κακίᾳ, μήτ᾽ ἐν λήθῃ ποτὲ γινόμενοι· ΗΡΩΕΣ δὲ, [48] ὡς ἔρωές τινες ὄντες, καὶ ἔρωτες, οἷον ἐρωτικοὶ καὶ διαλεκτικοὶ ἐρασταὶ τοῦ Θεοῦ, αἴροντες ἡμᾶς καὶ κουφίζοντες πρὸς τὴν θείαν πολιτείαν ἀπὸ τῆς ἐν γῇ διατριβῆς. Τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ Δαίμονας ἀγαθοὺς καλεῖν ἔθος, ὡς ἴντας δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας τῶν θείων νόμων. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ Ἀγγέλους, ὡς ἐκφαίνοντας καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐζωΐαν κανόνας. Πολλάκις δὲ καὶ ταῖς τρισὶν ἐπινοίαις χρώμενοι τὸ πλάτος τοῦ μέσου γένους εἰς τρία τέμνομεν, καὶ τὸ μὲν προσεχὲς τοῖς οὐρανίοις καλοῦμεν Ἀγγέλους·

τὸ

πρὸς ἄλληλα συνάπτειν, ὥστε τὸ πᾶν τῆς λογικῆς δημιουργίας αὐτὸ ἑαυτῷ συνδεδέσθαι καλῶς. Atque ſic fere dicit Proclus, τὰ δεύτερα τοῖς πρὸ αὐτῶν κατὰ τὴν ἀδιαίρετον πρόοδον ἕπεσθαι, colligata ſc. quaſi catenâ quâdam cœlitùs demiſſâ, quam χρυσῆν ὄντως σειρὰν vocat, in Plat. Timæ. p. 289.

[46] ἐποπτείας —— μυήσεως—] Hierocles alterâ hîc ſimilitudine ab Eleuſiniis Myſteriis ſumtâ oſtendit, quantum inter Deorum & Heroum γνῶσιν interſit; Deos ſc., Ἐπόπτῶν inſtar habentes, ad intimam perfectamque Supremi Dei notitiam admitti, cùm Heroes gradu iis inferiores μυστῶν tantùm, ſeu recens initiatorum, locum occupent. Dacerius hîc quidem in Notis pronunciat, hunc locum *ex omni Philoſophiâ difficillimum* eſſe; quem cùm Interpretum nemo intellexerit, à ſe primo feliciter enodatum gloriatur; & tamen (quod mireris) in hâc ſolum ſimilitudine, ubi nil difficile, explicandâ totus eſt, ſuperiora verò illa, in quibus ſita eſt difficultas, intacta prorſus ſilentio præterit.

[47] οἱ δὴ] Sic e Codice ſuo edidit Curter.; qui tamen conjectans in margine poſuit ὦ, quam ejus conjecturam recepit Editor Cant., ſc. ὦ δὴ, *quam ob cauſam*, uti vertit Aurispa, ut ſic referatur ad præcedentia. At cùm in illis Heroum τάξις tantùm, non autem nominis ratio declaretur, ſed potiùs

motibus choros agitant, & immutabilem unitamque primorum contemplationem ſuâ multiplicatâ cognitione ſeparant ſimul & conjungunt, dum illorum inſpectionis ultima ſuæ initiationis principia faciunt. Qui quidem & (ἀγαυοὶ Ηρωες) ILLUSTRES HEROES meritò appellantur; (ἀγαυοὶ) ILLUSTRES ſc., ut qui (ἀγαθοὶ) BONI, & (φωτεινοὶ) LUCIDI ſemper ſint, atque nec vitio, nec oblivione unquam laborent; (Ηρωες) HEROES autem, ut qui ἔρωες quidam, & ἔρωτες ſint, quaſi amatorii, & dialectici Dei amatores, qui à terreno hoc incolatu nos attollunt, & ad divinam Politiam evehunt. Moris verò eſt, eoſdem etiam (Δαίμονας) Dæmonas bonos vocare, ut qui (δαήμονες) ſcientes, & periti divinarum Legum ſint: aliquando autem & (Αγγέλυς) Angelos, quòd vitæ felicis regulas nobis oſtendant, & διαγγέλλυσι) annuntient. Sæpe verò triplici etiam notione utentes totum iſtud medium genus in tria diſpertimus, atque id, quod proximum eſt cœleſtibus, ANGELOS nuncupamus;

potiùs in ſequentibus, nos Codicis verba retinenda eſſe duximus.

[48] ὡς ἔρωές τινες ὄντες, καὶ ἔρωτες] Ita MS M. Coll. Gud. At è ſuo Codice edidit Curter. ἔρωτές τινες ὄντες, καὶ ἥρωες. Editor verò Cant., more ſuo, ex Curterii conjecturâ temerè inſeruit ἔρωτές τινες ὄντες, καὶ εἴροντες, neglectis prorſus Codicibus, & malè, ut opinor, participium εἴροντες cum nomine ἔρωτες jungens. E Codicibus verò exploranda eſt hæc res; atque in tam incertâ, malui MS Medic. lectionem, ἔρωές τινες ὄντες, καὶ ἔρωτες, in quâ ineſſe videtur Platonis in Cratylo duplex vocis Ηρωες etymon, ſc. ἔρωες, quòd εἴρειν (ſeu ἐρεῖν) & ἐρωτᾷν ἱκανοὶ ſint, atque ἔρωτες, quòd ἐρωτικοὶ. Attamen vox αἴροντες, quæ mox ſequitur, tertium planè in his etymon poſtulare videtur: ſic fortaſſe, ἔρωές τινες ὄντες, καὶ αἴρωες (ſeu ἥρωες) ut in ἔρωες duplex ſit etymon, ab ἐρᾷν & ἐρωτᾷν, ſc. οἷον ἐρωτικοὶ, καὶ ἐρωτηματικοὶ, ſeu διαλεκτικοὶ; tertium verò in αἴρωες (vel ἥρωες, vel ἀέρωες) ſc. οἷον αἴροντες, ἡμᾶς, καὶ κουφίζοντες. Ita ferè Etymon. Magn., Ηρωες, ἀπὸ τῶν ἐρώτων, ἢ, ἀπὸ τῆς ἐρωτήσεως, ἢ, παρὰ τὸ ἀέρω, τὸ κουφίζω. Ego verò in loco tam ambiguo nil temerè ſtatuendum eſſe arbitror.

τὸ δὲ τοῖς ἐπιγείοις συναπτόμενον, ΗΡΩΑΣ· τὸ δὲ ἐξ ἴσου τῶν ἄκρων ἀμφοτέρων ἀπέχον, Δαίμονας· ὥσπερ πολλαχοῦ ποιεῖ Πλάτων. Ἔνιοι δὲ ὅλον τὸ μέσον γένος ἑνὶ τῶν τριῶν προσαγορεύουσιν ὀνόματι, Ἀγγέλους πάντας λέγοντες, ἢ Δαίμονας, ἢ ΗΡΩΑΣ, δι' ἃς εἴπομεν αἰτίας· ὥσπερ καὶ νῦν τὸ μέσον γένος πᾶν ΗΡΩΑΣ ΑΓΑΥΟΥΣ εἶπεν, οὕτως ἔχοντας πρὸς τὸ πρῶτον γένος, ὡς αὐγὴ πρὸς πῦρ, καὶ ὡς παῖς πρὸς πατέρα. Ὅθεν καὶ Θεῶν παῖδες οἱ ΗΡΩΕΣ εἰκότως ἐπιφημοῦνται, οὐκ ἐκ θνητῆς συνουσίας αὐτοὶ [49] γεννώμενοι, ἀλλ' ἐκ τῆς μονοειδοῦς αὐτῶν αἰτίας προϊόντες, οἷον φῶς τῇ οὐσίᾳ τοῦ φωτεινοῦ σώματος σύνδρομον· φῶς δὲ [50] ὕπαιθρον καὶ καθαρὸν, μεθ' ὃ ἐπινοεῖται τὸ ἐν σκιᾷ φῶς, καὶ τὸ ὑποσυμμιγὲς σκότῳ γινόμενον· πρὸς ὃ τὴν ἀναλογίαν ἔχει τὸ τρίτον καὶ ἀνθρώπινον γένος, τῷ εἰς κακίαν ποτὲ καὶ λήθην ἐπιρρεπὲς εἶναι, ὅτε καὶ τοῦ ἀεὶ νοεῖν τὸν Θεὸν ἀφίσταται· ἄνθρωπος, τῶν μὲν ἀεὶ νοούντων ἀπολειπόμενος τῷ ποτὲ μὴ νοεῖν, τῶν δὲ ἀλόγων ἀναβεβηκὼς τῷ ποτὲ νοεῖν, [51] καὶ πρὸς τὴν θείαν ἐπιστήμην ἀνακαλεῖσθαι, ὅτε καὶ τῷ θείῳ συντάττεται χορῷ τὸν ὑλικὸν [52] φθόνον ἀποφυγὼν, καὶ τὴν θνητὴν

49 *γεννώμενοι*] Sic è MS Med. Coll. Gud. recepimus ; quod melius planè eſt, quàm *γινόμενοι*, quod habent Editt. priores ; atque ſic vertit Auriſpa, *geniti*. At quod dicit Hier., *οὐκ ἐκ θνητῆς συνουσίας*, de utroque parente eſt intelligendum ; aliter enim Platoni contradiceret, dicenti, *πάντες γεγόνασιν, ἐρασθέντες, ἢ Θεὸς θνητῆς, ἢ θνητὸς Θεᾶς*, in Cratylo, Socrati quoque, cujus, in Apol. ap. Plat. Sect. 10. hæc ſunt verba, *οἱ Δαίμονες θεῶν παῖδές εἰσι νόθοι τινὲς, ἢ ἐκ νυμφῶν, ἢ ἔκ τινων ἄλλων.*

50 *ὕπαιθρον*] Hujus loco MS M. Coll. Gud. habet *γυμνὸν*, ſed non mutato opus eſt.

51 *καὶ πρὸς τὴν θείαν*] Addidit hîc Editor Cant. *ποτὲ* ante *πρὸς* è MS Med. Coll. Salvini apud Dacer.;

mus; quod autem terrenis conjungitur, HEROAS; quod verò ex æquo diſtat ab utroque extremo, DÆMONAS; ſicut Plato ſæpe facit. Nonnulli autem totum hoc medium Genus uno è tribus nomine nuncupant, eoſque omnes vocant ANGELOS, aut DÆMONAS, aut HEROAS, propter ſupradictas rationes; quemadmodum & nunc Carmen medium genus univerſum HEROAS ILLUSTRES appellat, qui ſe ita ad primum genus habent ut ſplendor ad ignem, & ut filius ad Patrem; Unde & Deorum filii meritò prædicantur HEROES; ut qui non ex Mortalium coitu geniti ſint, ſed ex uniformi ipſorum causâ prodierint, tanquam Lux corporis lucidi ſubſtantiam comitans: Lux vero ſerena, & pura; poſt quam conſideranda venit Lux adumbrata & tenebricoſa; cujus lucis rationem tertium humanumque genus in hoc habet, quòd in vitium aliquando atque oblivionem prolabatur; unde & à continuâ Dei Intelligentiâ homo diſcedit; qui quidem iis, qui ſemper intelligunt, eo eſt inferior, quòd aliquando non intelligat; brutis autem ſuperior, quòd aliquando intelligat, & ad divinam Scientiam revocetur; quando & evitatâ materiali corruptione, excuſſoque Mortalium affectu, divino Choro adjungitur. Tunc

E igitur

Dacer.; at eo repetito non eſt opus, retineo igitur lectionem veterem.

[52] φθόνον] Conjecit Curter. rectiùs hîc legendum eſſe φθόρον, & ſic vertit, *vitatâ mortali corruptione*; atque ita quidem φθόρον habet MS Med. Coll. Gud., adeò ut ὑλικὸς φθόρος idem ſonet, quod ὑλικὸς μολυσμὸς in ſequentibus. Sed Hierocles hîc, ut notat Editor Cant., reſpicere videtur ad illa Platonis verba in Phædro p. 247, φθόνος ἔξω χορῦ τῦ θείου ἵϛαται. At ibi Plato voce φθόνος communi planè in ſenſu uti videtur; quamobrem igitur Hierocles hoc ei epitheton

θνητὴν προσπάθειαν ἀποσεισάμενος. Τότε οὖν καὶ τιμῆς ἄξιος παρ' ἡμῶν ὁ τῆς θείας ἀποδοχῆς ἠξιωμένος, ὡς τὸ τῆς φύσεως ἴσον τῇ τοῦ κρείττονος μετουσίᾳ κοσμήσας. Προσήκει γὰρ τιμᾷν τῷ ἐραστῇ τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ ὁπωσοῦν ὡμοιωμένα αὐτῷ, εἴτε ἐξ ἀϊδίου τὴν ὁμοίωσιν εἴη κεκτημένα, εἴτε ἀπό τινος χρόνου τυγχάνοι ταύτην ἀσκήσαντα· οἷοί εἰσιν οἱ ἀρετῇ διενεγκόντες ἄνθρωποι, περὶ ὧν ἐξῆς ὁ παρὼν λόγος νομοθετεῖ.

ΤΟΥΣ ΤΕ ΚΑΤΑΚΘΟΝΙΟΥΣ ΣΕΒΕ ΔΑΙΜΟΝΑΣ ΕΝΝΟΜΑ ΡΕΖΩΝ.

Τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ κοσμηθείσας ΔΑΙΜΟΝΑΣ καλεῖ, ὡς δαήμονας, καὶ ἐπιστήμονας. Εἶτα χωρίζων αὐτὰς τῆς φύσεως ΔΑΙΜΟΝΩΝ, οἳ τὸ μέσον γένος πληροῦσι,[53] ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΥΣ προσεῖπεν, ὡς δυναμένας ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι, καὶ γήϊνα σώματα ἐπεισιέναι, καὶ κατὰ γῆς οἰκεῖν· ἵνα, τῷ μὲν ΔΑΙΜΟΝΑΣ εἰπεῖν, χωρίσῃ τῶν φαύλων καὶ ἀνεπιστημόνων ἀνθρώπων, ὡς

ton, ſc. ὑλικὸν, daret, reſtat quærendum. Loquitur hîc Hierocles de tertio genere τῶν λογικῶν, de animabus ſc. humanis, quas ποτὲ νοεῖν, ποτὲ μὴ νοεῖν Θεὸν, dicit; nempe, Deum cognoſcunt, dum extra corpora in æthere verſantur, obliviſcuntur autem, cum ἔξω θείου χοροῦ deſcendunt, & in corporibus vitam degunt: has tamen humanas animas tunc etiam brutorum animabus eo dicit excellere, quòd corporibus liberatæ ad Dei cognitionem reverti poſſint, atque Divino Choro rursùm adjungi, cùm ὑλικὸν φθόνον effugerint; adeo ut per ὑλικὸν φθόνον idem velle videatur, quod per ὑλικὴν ἀλογίαν in procemio, quam τὴν τοῦ σώματος ἀφροσύνην vocat Plato in Phædone, c. 10. Atque ita fere Proclus in Plat. Timæ. vocem φθόνος explicat, φθόνος γε μὴν καὶ ἡ ἔνδεια αὐτὴ τῶν ἀγαθῶν, —— ὥσπερ οὖν εἴ τις ἔλεγεν ἔνδειαν νοῦ, τὸν φθόνον, pag. 110. Ita ut hîc φθόνος denotet rationis indigentiam in materiâ.

[53] καταχθονίους προσεῖπεν, ὡς δυναμένας

igitur is quoque dignus eſt, qui a nobis honoretur, quem Deus admittere non eſt dedignatus, ut qui Naturam noſtræ æqualem præſtantioris participatione exornaverit. Conſentaneum enim eſt, ut is, qui Deum amat, illa etiam, quæ ei quomodocunque ſimilia ſunt, honoret, ſive eam ſimilitudinem ab æterno poſſederint, ſive per exercitationem ab aliquo tempore hanc acquiſiverint; quales ſunt illi homines, qui virtute excelluerunt; de quibus in ſequentibus Carmen præcipit;

COLE ETIAM TERRENOS DÆMONAS LEGITIMA FACIENS.

Humanos animos veritate & virtute ornatos vocat DÆMONAS, quaſi (δαήμονας) ſcientes & intelligentes. Porro autem eos ab illis ſecernens, qui naturâ DÆMONES ſunt, atque medium genus adimplent, TERRENOS appellat, ut qui in terris verſari, terrenaque corpora induere, & terram incolere poſſint; adeo ut DÆMONAS vocando, eos à pravis atque ſtolidis hominibus ſejungat, quip-

δυναμένας ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι] Dacerius hic (præeunte Salmaſ. in Præf. ad Ceb. Tab.) Hieroclem reprehendit, quòd καταχθονίους & ἐπιχθονίους eoſdem fecerit, cùm καταχθόνιοι idem ſonet, ac ὑποχθόνιοι, quo ſignificantur (ut inquit Salmaſ.) *Dii manes ſub terrâ degentes*. Attamen ambo fatentur Hieroclem rectè vocem καταχθονίους Pythagoreorum doctrinæ accommodaſſe; quod nobis in præſenti ſufficit. Nec ſanè video, cur καταχθόνιος æquè ac χθόνιος (ubi res poſtulat) non idem ſonet, atque ἐπιχθόνιος. Ita Heſych. χθόνιος, ἐπίγειος, quin & illos Deos, quos Porphyrius ex Oraculis appellat χθονίους & ἐπιχθονίους, oppoſitè ad ὑποχθονίους, Euſebius repetens vocat περιγείους καὶ καταχθονίους (Præp. Ev. 4. 9. & 5. 2.) adeo ut in hoc vocis καταχθόνιος ſenſu Hierocles præeuntem ſibi Euſebium habuerit.

ὡς ἀδαημόνων τινῶν, καὶ οὐ ΔΑΙΜΟΝΩΝ· τῷ δὲ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΥΣ προσθεῖναι, διαστήσῃ τῶν ἀεὶ δαημόνων, καὶ ἐπιστημόνων ἀεὶ, καὶ ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι μὴ πεφυκότων, μηδὲ γηΐνοις συζῆν σώμασιν. Ἡ γὰρ τοῦ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΥ ΔΑΙΜΟΝΟΣ πρόσρησις οὐδενὶ ἄλλῳ προσήκει, ἢ τῷ φύσει μὲν ὄντι ἀνθρώπῳ, σχέσει δὲ γινομένῳ [54] ΔΑΙΜΟΝΙ· ἐπειδὴ τὸ τρίτον γένος χθόνιον ἰδίως λέγεται. ὡς ἔσχατον ἐν λογικαῖς οὐσίαις, καὶ ΧΘΟΝΙΑΣ ζωῆς ἐπιστρεφόμενον. Τὸ γὰρ πρῶτον οὐράνιον ἦν, καὶ τὸ μέσον αἰθέριον. Πάντων οὖν ἀνθρώπων [55] ὄντων κατὰ τοῦτο ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΩΝ λογικῶν, οὐ πάντων δὲ δαιμόνων, οὐδὲ σοφῶν, εἰκότως ἐπισυνάψας εἶπε ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΥΣ ΔΑΙΜΟΝΑΣ τοὺς σοφοὺς ἀνθρώπους. Οὔτε γὰρ πάντες ἄνθρωποι σοφοί εἰσιν· οὔτε πάντες οἱ σοφοὶ, ἄνθρωποι. Ἀλλὰ καὶ Ἥρωες ἀγαυοὶ, καὶ ἀθάνατοι Θεοὶ, φύσει κρείττονες Ἀνθρώπων ὄντες, σοφοί τέ εἰσι καὶ ἀγαθοί. Τοὺς οὖν τοῖς θείοις γένεσι συντεταγμένους ἀνθρώπους ΣΕΒΕΙΝ ὁ λόγος παραινεῖ, τοὺς ἰσοδαίμονας, καὶ ἰσαγγέλους, καὶ τοῖς ΑΓΑΥΟΙΣ ΗΡΩΣΙΝ ὁμοίους. Μὴ γὰρ [56] φαῦλόν τι δαιμόνων γένος ὑπολάβωμεν

54 Δαίμονι] Editor Cantab. hîc poſt Δαίμονι hæc addidit, καὶ δαήμονι τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπιστήμονι, è MSS Gallicis, atque MS Medic. ap. Dacerium; atqui illa non agnoſcit MS Med. Coll. Gud., nec Lib. Renaud. ap. Dacer., atque ſatis commodè retineri potuit (his excluſis) lectio, quam è ſuo Codice edidit Curter., idque, ut opinor, meliùs: nam fruſtrà repeti videtur δαίμονος etymon, quod paulò ſuprà bis poſitum fuerat; nec omnino aptè dicitur δαίμονι, καὶ δαήμονι——, cùm rectius certè fuiſſet, δαίμονι, ὡς δαήμονι——, ut in locis ſuprà dictis.

55 ὄντων κατὰ τοῦτο καταχθονίων λ.] MS M. Coll. Gud. habet hîc,

pe qui non DÆMONES, ſed (ἀδαήμονες) inſcientes quidam ſint: TERRENOS autem addendo, ab iis diſcernat, qui (δαήμονες) ſcientes ſemper, & ſemper intelligentes ſunt, & quorum ita comparata eſt natura, ut nec terram incolere, nec in terrenis corporibus vitam degere poſſint. Nulli enim alii convenit TERRENI DÆMONIS appellatio, quam ei, qui naturâ homo eſt, habitu verò factus DÆMON, Deique cognitione & ſcientiâ præditus; quandoquidem tertium genus terrenum propriè dicitur, ut quod entium rationalium ultimum ſit, atque terrenæ vitæ addictum, (primum enim cœleſte eſt, medium autem æthereum,) cùm omnes igitur homines in hoc ſint TERRENI rationales, non omnes tamen DÆMONES, neque ſapientes, meritò hæc conjungens, ſapientes homines vocavit TERRENOS DÆMONAS. Neque enim omnes homines ſapientes ſunt; neque omnes ſapientes, homines: ſed etiam ILLUSTRES HEROES, et IMMORTALES DII, qui naturâ præſtant hominibus, et ſapientes ſunt, et boni. Carmen igitur nos jubet homines divinis generibus conjunctos colere, ut qui DÆMONIBUS et Angelis pares, atque ILLUSTRIBUS HEROIBUS ſimiles ſint. Ne putemus enim Carmen hic malum aliquod Dæmonum genus honorandum

 eſſe

hîc, κατὰ τῦτο χθονίων ὄντων λογικῶν, omiſſis illis, ὡς τρίτων in Editt. prior., idque rectè, ut mihi videtur; nam homines non ſunt καταχθόνιοι, quatenus ſunt τρίτοι λογικοὶ, ſed quatenus χθονίας ζωῆς ἐπιστρέφονται. Habet etiam δαημόνων, ſed retineo δαιμόνων, nam ipſa Carminis verba hîc repetere videtur; lego igitur ὄντων κατὰ τῦτο καταχθονίων λογικῶν, ὠ πάντων δὲ δαιμόνων.

56 φαῦλόν τι δαιμόνων γένος.] Defuit in Editt. prioribus vox δαιμόνων.

λάβωμεν εἰσηγεῖσθαι δεῖν τιμᾶν, ὡς ἄν τῳ δόξειεν ὑπὸ τῆς συνηθείας [57] τὴν λέξιν ἐμφαίνειν. Ὅλως γὰρ τὰ χείρονα τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας οὐ καθήκει τιμᾶν τῷ ἐρωτικῶς ἔχοντι τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας ᾐσθημένῳ. Ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον μετὰ τὰ κρείττονα τιμήσομεν, ἐὰν μὴ τοῖς κρείττοσιν ὡμοιωμένος ᾖ, καὶ τῷ θείῳ χορῷ συμφερόμενος. Τίς οὖν ἡ τιμὴ καὶ τούτων; Τὸ ΕΝΝΟΜΑ ΡΕΖΕΙΝ, φησί· Τοῦτο δέ ἐστι, τὸ πείθεσθαι οἷς ἀπολελοίπασιν ἡμῖν παραγγέλμασι, καὶ ὡς νόμοις ἐμμένειν τοῖς ἐκείνων λόγοις, καὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν μετιέναι τοῦ βίου, ἣν ἐκεῖνοι διελθόντες οὐκ ἐφθόνησαν ταύτης ἡμῖν μεταδοῦναι, ἀλλ' ὥσπερ τινὰ ἀθάνατον καὶ πατρῷον κλῆρον διηγωνίσαντο τοῖς μεταγενεστέροις διαφυλάξαι, τὰ στοιχεῖα τῶν ἀρετῶν καὶ ἀληθείας τοὺς κανόνας εἰς κοινὸν ὄφελος ἐν γράμμασι καταθέμενοι· οἷς τὸ πείθεσθαι, καὶ

ζῆν

δαιμόνων, quam nos, ut neceſſariam, auctoritate MS Medic. Coll. Gud. & MSS Gall., ſuffragante etiam Auriſpâ, recepimus: ne exiſtimemus, inquit Hierocles, Carmen per καταχθονίους δαίμονας nobis φαῦλόν τι δαιμόνων γένος colendum proponere. In hoc verò Hierocli conſentit Porphyrius, qui Dæmonum iſtorum φαύλων cultum penitùs repudiat, περὶ Ἀποχῆς 2. 39. & in Epiſt. ad Aneb. ap. Jamblic. Ed. Galæ. Hanc autem δαιμόνων diſtinctionem S. S. non agnoſcit, ſed, ut dicit Euſeb., πάντας εἶναι πονηρούς, atque adeo etymon hîc datum rejicit, τοὺς δὲ δαίμονας, οὐχ ἧπερ Ἕλλησι δοκεῖ, παρὰ τὸ δαήμονας εἶναι καὶ ἐπιστήμονας, ἀλλὰ παρὰ τὸ δειμαίνειν, ὅπερ ἐστὶ φοβεῖσθαι καὶ ἐκφοβεῖν, ὀνομάζεσθαι. Præp. Ev. 4. 5.

[57] τὴν λέξιν] Sc. καταχθονίους, quæ vox συνήθως idem ſonat, quod ἐπιχθονίους. Sic Pluto ab Homero (Il. Ι'. verſ. 457.) vocatur Ζεὺς καταχθόνιος, i. e. ὑποχθόνιος. Euſtath. Καταχθόνιος, κατὰ τῆς γῆς, ἢ, ὁ Ἅδης. Heſych. Hoc verò in ſenſu καταχθόνιοι δαίμονες ſunt φαῦλόν τι γένος. Monet igitur Hierocles καταχθονίους hîc non ita intelligi debere, ſed perinde quaſi dixiſſet, ἐπιχθονίους δαίμονας, ſc. ἀνθρωπίνας

eſſe docere, (ut cuipiam fortaſſe dictio hæc è communi uſu ſignificare videatur.) Non omnino enim convenit, ut is, qui Deum amat, et ſuam Dignitatem intelligit, ea honoret, quæ hominibus naturâ ſunt deteriora. Imo verò nec ipſos homines poſt præſtantiora illa honorabimus, niſi præſtantioribus ſimiles, divinoque choro conſociati ſint. Quinam igitur eſt Honos his quoque exhibendus? LEGITIMA, inquit, FACERE: hoc verò eſt, iis obedire præceptis, quæ illi nobis reliquerunt, et eorum dicta, tanquam Leges, obſervare, atque eandem vitæ viam ingredi, quam illi tranſegerunt, nobiſque monſtrare non dedignati ſunt: ſed operam ſedulò dederunt, ut hanc velut immortalem quandam paternamque hæreditatem poſteris conſervarent, virtutum elementa veritatiſque regulas in communem utilitatem ſcriptis mandantes; quibus obſequi, et congruentèr

θρωπίνας ψυχὰς, ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι δυναμένας, & *καλὰ γῆς οἰκεῖν*, uti ſuprà dixerat. p.50. Sic eos, quos *ἐπιχθονίους* vocat Porphyrius (ap. Euſeb. pr. Ev. 4. 9.) *καταχθονίους* appellat Euſebius (5. 2.) oppoſitè ad *ὑποχθονίους*. Fruſtrà igitur Hieroclem hîc reprehendit Dacer. Hîc verò intactum præterire non poſſum gravem Editoris Cant. in notâ ad hunc locum errorem. *Salmaſius, inquit, in Præf. ad Ceb. Tab. negat Hieroclem καταχθονίους δαίμονας accipere de vivis & terram incolentibus divinis viris; verùm ipſa Hieroclis verba illum erroris arguunt.* Sed quænam, obſecro, verba? nulla enim profert; nec ſanè proferre potuit; nam rectiſſimè Salmaſius dixit Hieroclem per *καταχθονίους δαίμονας* velle piorum animas vitâ functorum; ſic enim in hâc ipſâ paginâ, eos vocat *τοὺς τοῖς θείοις γένεσι συντεταγμένους ἀνθρώπους*, poſt mortem ſc.; & paulò inferiùs dicit nos præceptis ab eis relictis obſequi debere, ac eandem vitæ viam inſiſtere, quam illi tranſegerant. Quin & in ſequentibus expreſsè eos vocat *τοὺς μεταλλαχότας τὸν βίον*, &, *τοὺς ἐκ τοῦ βίου ἀπελθόντας*. Mitto plura; atque hæc quidem juvenum tantùm gratiâ notavimus, ne illis fraudi eſſet hæc doctiſſimi viri temeraria nimis affirmatio.

ζῆν ἐπομένως, ἀληθεστέρα ἐκείνων τιμὴ γίνεται, ἢ εἴ τις χοὰς αὐτοῖς ἐπιφέρῃ πολυτελεστάτας, καὶ ἐναγίζῃ πλουσίως. Τοιαύτη μὲν ἡ τῶν Κρειττόνων τιμὴ, ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ ἀρξαμένη, καὶ εἰς ἀνθρώπους τοὺς ἀγαθοὺς περατουμένη διὰ μέσων τῶν οὐρανίων καὶ αἰθερίων φύσεων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν κατὰ τὸν βίον σχέσεων πλεῖστον δεῖ ποιεῖσθαι λόγον, οἷον πατέρων, καὶ συγγενῶν, (οἳ οὐ πάντως μέν εἰσιν ἀγαθοὶ, πάντως δὲ τὸ τίμιον ὡς πρὸς ἡμᾶς τῇ ἀξίᾳ τῆς σχέσεως κέκτηνται) τούτου χάριν ἐπήγαγε,

ΤΟΥΣ ΤΕ ΓΟΝΕΙΣ ΤΙΜΑ, ΤΟΥΣ Τ᾽ ΑΓΧΙΣΤ᾽ ΕΚΓΕΓΑΩΤΑΣ.

Τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἀνθρώπους, ὡς δαιμονίους καὶ θείους, σέβειν ὁ λόγος ὑπέθετο. ΤΟΥΣ δὲ ΓΟΝΕΑΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ [58] ΕΓΓΥΣ ΤΟΥΤΩΝ ΤΗ ΦΥΣΙΚΗ ΣΥΓΓΕΝΕΙΑ ΠΡΟΣΗΚΟΝΤΑΣ, ὁποῖοί ποτ᾽ ἂν ὦσι, δι᾽ αὐτὴν τὴν τῆς σχέσεως ἀνάγκην, ΤΙΜΑΝ εἰσηγεῖται. Ὅπερ γὰρ ἡμῖν οἱ Κρείττονές εἰσι, κατὰ τὴν ἀΐδιον συγγένειαν, πατέρων μὲν τάξιν ἔχοντες, οἱ οὐράνιοι· συγγενῶν δὲ τιμίων, οἱ Ἥρωες· τοῦτο πρὸς τὸν θνητὸν βίον συντελοῦσιν ἡμῖν ΟΙ ΓΟΝΕΙΣ, καὶ ΟΙ ΑΓΧΙΣΤΕΙΣ, οἱ ΕΓΓΥΤΑΤΑ ΓΟΝΕΩΝ ὄντες, καὶ διὰ τοῦτο τῇ μετὰ ΓΟΝΕΑΣ τιμῇ σεμνυνόμενοι. Πῶς οὖν καὶ τούτους ΤΙΜΗΣΟΜΕΝ; Ἆρα τὸν ἑαυτῶν βίον πρὸς τὴν ἐκείνων ἀπευθύνοντες γνώμην, ὥστε δοξάζειν

τε

58 ἐγγὺς] Habet hîc MS M. Coll. Gud. ἐγγύς τι, quod melius videatur; ſic Plato in Phædone, ἐγγύς τι τείνειν τοῦ τεθνάναι. At hîc fortaſſe ita ſcriptum erat pro ἔγγιστα, quod maximè placeret,

vitam ſuam inſtituere, verior eſt eorum cultus, quam ſi eis libamina quis offerat ſumptuoſiſſima, profuſéque parentet. Hujuſmodi igitur eſt Superis debitus honos; qui a Creatore incipiens in bonos homines per intermedia cœleſtia atque ætherea genera deſinit. Cùm verò et neceſſitudinum, quæ cum vivis intercedunt, præcipua ſit habenda ratio, nempe parentum, et cognatorum (qui licet omninò boni non ſint, omninò tamen neceſſitudinis causâ meritò apud nos ſunt in honore) idcirco adjicit,

HONORE ETIAM PARENTES PROSEQUERE, ET EOS QUI PROXIME COGNATI SUNT.

Carmen bonos viros, tanquam ſapientes et divinos, colere nobis præcepit, PARENTES verò, et eis NATURALI COGNATIONE PROXIMOS, qualeſcunque demum ſint, propter ipſam neceſſitudinem honorandos eſſe docet. Quod enim Superi nobis ſunt ſecundùm cognationem ſempiternam (Parentum locum occupantibus cœlitibus, propinquorum autem honorandorum Heroïbus) id ipſum nobis quod ad mortalem vitam ſunt Parentes, et Propinqui, qui Parentibus proximi ſunt, atque ideo proximo poſt parentes Honore proſequendi. Quomodo igitur hos quoque honorabimus? Num vitam noſtram ad illorum ſententiam ita compo-

ret, ſc. ἔγγιστα——τῇ συγγενείᾳ προσήκοντας. Ita ipſe Hierocles ap. Stobæ. Ecl. Eth. Serm. 77. οἱ συγγενεῖς ἔγγιστα, atque ipſum Carmen, ἄγχιστ' ἐκγεγαότες, i. e. οἱ ἐγγύτατα ὄντες, ut infrà dicitur.

nentes,

τε ταῦτα καὶ πράττειν, ἃ ἐκείνοις ἂν εἴη φίλα; Ἀλλ' οὕτως ἂν περιτραπείη ἡ τῶν ἀρετῶν ἄσκησις πρὸς κακίας σπουδὴν, εἰ τύχοιεν ὄντες πονηροὶ οἱ ΠΑΤΕΡΕΣ. Ἀλλὰ ΑΤΙΜΗΣΟΜΕΝ αὐτοὺς εἰς πάντα, διὰ τὴν τῆς κακίας κατάγνωσιν; Καὶ πῶς ἔτι τῷ παρόντι νόμῳ πειθόμεθα; Πῶς δὲ τὴν θεοειδῆ εἰκόνα τῶν ΓΟΝΕΩΝ, ἢ τὴν ἡρωϊκὴν τῶν ΑΓΧΙΣΤΕΩΝ ἔμφασιν, μὴ ΤΙΜΩΝΤΕΣ, οὐκ εἰς ἐκείνους ἀσεβήσομεν, οἷς τούτους ἐοικέναι φαμέν; καὶ οὕτως ἡ δοκοῦσα δι' ἀπειθείας ΓΟΝΕΩΝ ἀρετὴ ἡμῖν ἀσκεῖσθαι, εἰς μεῖζον κακὸν περιστήσεται, τὴν ἀσέβειαν. Πειθόμενοι δὲ πάντα ΓΟΝΕΥΣΙ, πῶς οὐ πάλιν τῆς εὐσεβείας ἀποπέσοιμεν, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, εἰ τύχοιεν ἐκεῖνοι διὰ μοχθηρίαν τρόπου μὴ πρὸς τὰ ὄντως καλὰ παιδαγωγοῦντες ἡμᾶς; Εἰ μὲν γὰρ τοῦτο πάντως ἦν ἀληθὲς καὶ καλὸν, ὃ τοῖς ΓΟΝΕΥΣΙ παρίστατο, [59] σύμφωνος ἡ τῶν ΓΟΝΕΩΝ ΤΙΜΗ τῇ τῶν κρειττόνων ἐγίνετο. Εἰ δέ ἐστιν ὅτε τῶν θείων νόμων ἀνήκοός ἐστιν ἡ τῶν γονέων προαίρεσις, τί δεῖ ποιεῖν εἰς ἀντινομίαν ἐμπεσόντας τοιαύτην, ἢ τοῦτο, ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων καθηκόντων, ἐκ περιστάσεως εἰς ἐναντίωσιν ἐλθόντων, προσήκει φυλάττειν; Μειζόνων γὰρ, καὶ ἐλαττόνων, προκειμένων καλῶν, τὰ μείζονα πρὸ τῶν ἐλαττόνων ποιεῖσθαι δεῖ, ὅταν μὴ ἀμφότερα ἐξῇ διασώζειν. Οἷον, καλὸν μὲν τῷ Θεῷ πείθεσθαι, καλὸν δὲ καὶ τοῖς ΓΟΝΕΥΣΙΝ. [60] Εἰ δὴ πρὸς

ταὐτὰ

[59] ζύμφωνος — ἐγίνετο] Editor Cant. è MSS Gall. pro ζύμφωνος repoſuit ζυμφώνως, cùm rectius planè ſit, ζύμφωνος ἐγίνετο, i. e. ὅμοιος. Heſych.; addidit etiam de proprio particulam ἂν ante ἐγίνετο, quæ ſatis commodè ſubaudiri poteſt; uti apud Atticos

nentes, ut ea quæ illis placent, nos et ſentiamus et faciamus? Ita vero exercitatio virtutis pervertatur in vitii ſtudium, ſi forte mali ſint Parentes. Numnam vero eis in omnibus, ob vitiorum odium, honorem denegabimus? Quomodo igitur huic legi amplius parebimus? Aut quî fiat, ut, dum divinæ in Parentibus imagini, aut Heroicæ propinquorum ſpeciei, honorem denegamus, non in eos impietatis rei ſimus, quibus ſimiles hos eſſe dicimus; atque ita virtus, quæ à nobis in negando Parentibus obſequio exerceri videtur, in malum gravius, impietatem ſcilicet, evadat? Sin autem in omnibus morem geramus Parentibus, quo pacto non vice verſâ pietate, aliiſque virtutibus excidamus, ſi forte illi, propter morum pravitatem, nos ea, quæ verè ſunt honeſta, non doceant? Nam ſi id quidem omninò verum atque honeſtum eſſet, quod Parentibus videretur, Honor eis habitus, illi eſſet conſimilis, qui Superis defertur. Sin autem divinis Legibus repugnat aliquando Parentum voluntas, quid nos facere debemus, cùm in iſtiuſmodi legum pugnam incidimus, præterquàm quod in aliis etiam officiis, quando caſu aliquo inter ſe pugnant, obſervare oportet? Bonis enim majoribus minoribuſque ſimul propoſitis, majora minoribus ſunt anteponenda, cum utraque conſervare non poſſumus. Verbi gratia, bonum eſt Deo obedire; bonum vero et Parentibus. Si igitur eodem ducat utriſ-

cos ſæpe fit: iſtam igitur ex conjecturâ additionem non neceſſariam excluſimus.

60 εἰ δὴ πρὸς ταῦτα—] Haud contemnenda eſt lectio, quam exhibet hîc MS Med. Coll. Gud., εἰ γοῦν ἐς ταῦτα ἄγοι ἢ ἀμφ. πειθὼ,——ἄμαχον τὸ γινόμενον. Et Lectori fortaſſe magis placeat.

ταῦτα ἢ ἀμφοτέρων ἄγοι πειθώ, ἕρμαιον ἂν εἴη, καὶ ἄμαχον. Εἰ δὲ πρὸς ἄλλο μὲν ὁ θεῖος νόμος, πρὸς ἄλλο δὲ οἱ γονεῖς φέροιεν, μαχομένης τῆς αἱρέσεως, τοῖς ἀμείνοσιν ἕπεσθαι δεῖ· πρὸς ταῦτα μόνον ἀπειθοῦντας ΓΟΝΕΥΣΙ, πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ τοῖς θείοις νόμοις οὐ πείθονται. Τὸν γὰρ φυλάττειν βουλόμενον τοὺς τῆς ἀρετῆς κανόνας οὐχ οἷόν τε τοῖς τούτους παραβαίνουσι συμφωνεῖν. Εἰς δὲ τὰ ἄλλα πάντα ΓΟΝΕΑΣ ΤΙΜΗΣΟΜΕΝ ὑπερβαλλόντως, σώματος ὑπηρεσίαν καὶ χρημάτων χορηγίαν αὐτοῖς [61] παρέχοντες ὅτι μάλιστα προθυμοτάτην. Δίκαιον γὰρ [62] χρῆσθαι αὐτοὺς οἷς ἐγέννησάν τε, καὶ ἔθρεψαν. Ὃ δὲ τῆς ἀπ' ἐκείνων διαδοχῆς οὐκ ἤρτηται, τοῦτο ἐλεύθερον [63] τῆς ἀπ' ἐκείνων δεσποτείας ἀφίησιν ὁ νόμος, καὶ τὸν ὄντως πατέρα ζητεῖν παρακελεύεται, κἀκείνου ἔχεσθαι, καὶ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ὁμοιώσεως πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι. Καὶ οὕτως ἀμφότερα δύνασθαι συμβαίνει, τά τε θεῖα ἀγαθὰ τηρεῖν, καὶ τὰ ἀνθρώπινα.

Καὶ

61 παρέχοντες—] Sic recepimus è MS Med. Coll. Gud., quod melius videtur hîc, quam ὑπέχοντες in Editt. prioribus. Sic Hierocles infrà, πάντα πρὸς τὴν ἐκείνων χρείαν ἑτοίμως παρέχεσθαι. Similiter Herodian. 3. 50, ἴσην αὐτοῖς ὑπηρεσίαν παρείχοντο. Euſeb. Ecc. Theol. pag. 124, τὰς ἐξ αὐτοῦ χορηγίας παρέχειν. Itidem Plato de Leg. 4. p. 717. dicit, πάντα εἶναι τῶν γεννησάντων, πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἐκείνοις κατὰ δύναμιν πᾶσαν.

62 χρῆσθαι αὐτοὺς οἷς ἐγέννησαν] Hanc lectionem nobis ſuppeditavit MS M. Coll. Gud., quæ manifeſtè vera eſt, ſc. δίκαιον αὐτοὺς χρῆσθαι οἷς ἐγέννησαν. Sic Paulò poſt, ἀπειλοῦσιν ᾧ ἐγέννησαν. Rejicimus igitur αὐτοῖς, οὓς, quod habent Editt. priores; rejicit etiam Bentleius; nec tamen melius eſt, αὐτοῖς, οἷς, quod ipſe repoſitum vult, præſertim ob miram, quam addit, rationem, ſc. illa αὐτοῖς, οἷς neutrius eſſe generis, & ad corpora tantùm reſpicere, cùm

οὓς

que debita obedientia, lucrum ſanè contigerit nec opinatum, idque maximum; ſin autem ad aliud nos divina Lex, ad aliud Parentes trahant, cum è pugnantibus facienda ſit electio, meliora nos ſequi oportet; in iis ſolum non obedientes Parentibus, in quibus ipſi divinis legibus non obediunt. Fieri enim non poteſt, ut is, qui virtutis regulas obſervare vult, cum illis conſentiat, qui eas violant. In cæteris verò omnibus Parentes ſummo Honore proſequemur, corporis miniſterio, et facultatum ſumtu eis quam promptiſſimè deſervientes. Æquum enim eſt, ut ii utantur illis, quos genuerunt, atque aluerunt. Quod autem ab eis non derivatur, id a dominio eorum liberat lex, jubetque verum patrem quærere, eique adhærere, atque ad ejus ſimilitudinem ſe quàm accuratiſſimè componere. Atque ita fit, ut utraque poſſimus, tum divina bona, tum humana, conſervare; et

ὓς animas quoque includat, atque adeo *Pythagoreorum ſententiæ repugnet, ex quorum dogmate, filiorum animæ non à parentibus fluunt.* At verò Hierocles, ſalvo hoc dogmate (de quo tamen non omnino hîc cogitaſſe videtur) de ζωμάτων ὑπηρεσίᾳ loquens, parentibus debitâ à filiis, rectè pronomine maſculino uti potuit, ſc. ὓς ἐγέννησαν, *quos genuerunt*, i. e. quorum corpora parentes genuerunt; cùm uſu tritus & omnibus notus loquendi mos ſit. Unum tantùm ex Homero exemplum accipe,—— ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν ἡρώων, αὐτὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν, ubi pronomine αὐτὺς de corporibus planè utitur. αὐτὺς, inquit Scholiaſt., ἀντὶ τῦ, τὰ ζώματα αὐτῶν, ſicque Euſtath., τὰ μετὰ ψυχὰς μείναντα ζώματα. Miſſâ autem inani hâc λεπτολογίᾳ, nos de lectionis tantùm elegantiâ agimus, eamque, quam recepimus, tum Curterianâ, tum Bentleianâ potiorem eſſe contendimus.

63 τῆς ἀπ' ἐκείνων δεσποτείας] Malè repeti hîc videtur illud ἀπ' è lineâ præcedente; nam rectius planè eſt τῆς ἐκείνων δεσποτείας. Attamen nos abundè monuit Editoris Cant. temeritas, ne ex conjecturâ quidquam aut ejiciamus, aut addamus. Sed rectè ſe haberet, ἀπὸ τῆς ἐκείνων δεσποτείας.

Καὶ ὅτε δι᾽ οἴησιν ἀρετῆς ΓΟΝΕΩΝ θεραπείας ὀλιγωρήσομεν, ὅτε διὰ τὴν ἀνόητον ὕπειξιν τὸ μέγιστον τῶν κακῶν ἀσέβειαν εἰσδεξόμεθα. Εἰ γὰρ προτείνειαν θάνατον μὴ πειθομένοις, ἢ [64] κλήρου ἀλλοτριώσειν, οὐδὲν ἐκφοβεῖσθαι δεῖ ταῖς τοιαύταις, ἀλλ᾽ εὖ εἰδέναι τί τὸ ταῦτα πεισόμενον, καὶ ὅτι ᾧ ἐγέννησαν ἀπειλοῦσι μόνῳ· τὸ δὲ ἀπαθὲς τούτων ἐλεύθερον προσήκει τηρεῖν, καὶ μόνῳ Θεῷ εὐπειθές. ΤΙΜΗ οὖν ΓΟΝΕΩΝ ἡ ὄντως, ἣν διδάσκειν ὁ τῆς ἀρετῆς σκοπός· μήτε σωμάτων φειδομένους ἡμᾶς, μήτε χρημάτων, ἀλλ᾽ ἐκόντας αὐτοῖς ὑποτετάχθαι εἰς πάντα τὰ τοιαῦτα. Πρέπει γὰρ μήτε τὴν δι᾽ αὐτουργίας θεραπείαν [65] ἐπὶ γονέων παραιτεῖσθαι, ἐνευσχημονεῖν δὲ μᾶλλον αὐτῇ, ὅσῳ ἂν μᾶλλον ἐπίπονος γένηται καὶ δουλοπρεπής, [66] μήτε οὐσίας δαπανωμένης φειδωλοὺς γίνεσθαι, ἀλλὰ πάντα πρὸς τὴν ἐκείνων χρείαν ἑτοίμως παρέχεσθαι, γεγηθότας καὶ ἡδομένους ἐπὶ τοῖς εἰς ἐκείνους πόνοις τε καὶ ἀναλώμασι. Τὸ γὰρ εὐχαρίστως ταῦτα ποιεῖν, καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς διασώζει νόμον, καὶ τὸν τῆς φύσεως ἀποδίδωσιν ἔρανον. Τοιαύτη μὲν ἡ τῶν ΓΟΝΕΩΝ ΤΙΜΗ. Ἡ δὲ τῶν ΑΓΧΙΣΤΕΩΝ, δευτέρα μετ᾽

ἐκείνην

[64] κλήρου] In Editt. prioribus legitur βίου. Sed potius nobis viſum eſt κλήρου, quod è MSS Medic. & Gall. recepimus, cùm de exhæredatione loquatur hîc Hierocles: nam βίος facultates denotat, quas ad vitæ ſuſtentationem aliquis jam poſſidet; κλῆρος autem eas, quas hæreditario jure poſſeſſurus eſt; κλῆρος σημαίνει τὴν κληρονομίαν. Etym. M. Si pater, inquit, tibi interminetur ἀποκληρώσειν, vel ſe ἀπόκληρον te relicturum. Ita Arrian. Diſſ. 1. 24. κληρονόμον με ἂν ἀπολείψει. & 3. 8. ὁ πατὴρ τὸν δεῖνα ἀποκληρονόμον κατέλιπε. Sic Hierocles ſuprà, p. 54, ἡμῖν τὸν πατρῷον κλῆρον διαφυλάξαι.

[65] ἐπὶ γονέων] Hæc revocamus, quæ ejecit Editor Cant., & in eorum locum ſubſtituit è

MS

neque virtutis prætextu obſervantiam Parentibus debitam negligamus; neque per Stultum erga eos obſequium impietatem admittamus, quod eſt malorum maximum. Si enim illi nobis non obedientibus mortem vel exhæredationem interminentur, nihil iſtis nos territari debemus, ſed ritè conſiderare, quid ſit quod illa patietur, eoſque illi tantùm minitari, quod genuerunt; Id autem, quod hæc pati non poteſt, liberum ſervare oportet, Deoque ſoli morigerum. Verus igitur Parentum Honor is eſt, quem permittit virtutis ſcopus; ut nec corporibus noſtris, nec pecuniis parcamus; ſed libenter eis in ejuſmodi omnibus ſerviamus. Decet enim nos, neque propriis manibus obeunda erga parentes officia detrectare, ſed illa eò magis decori ducere, quo magis moleſta ſunt, & ſervilia; neque facultatum ſumtui parcere, ſed omnia promptè in illorum uſum proferre, ut qui lætemur & oblectemur laboribus, atque impenſis eorum cauſa ſuſceptis. Qui enim hæc grato animo præſtat, is tum virtutis legem obſervat, tum naturæ debitam gratiam rependit. Hujuſmodi igitur eſt Honor, qui debetur Parentibus. In eo autem, qui propinquis debetur, ſecundum poſt illum

MS Med. ap. Dacer. ἀπειϑομένην, nullo planè judicio, cùm locus ipſe flagitet ἐπὶ γονέων, atque ex alterâ parte de propinquis paulò poſt dicatur, δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τέκνων—, p. 64. & ibi inferiùs, διδοὺς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐκλογὴν, ἐπὶ δὲ γονέων ἀρκούμενος τῇ φύσει.

[66] μήτε —] Excluſimus hîc particulam καὶ, quæ in Editt. prioribus ante μήτε exſtabat, auctoritate MS Med. Coll. Gud., ubi abeſt; idque rectiſſimè; ſic enim hoc μήτε priori μήτε aptè reſpondebit, uti poſtulat uſus. Atque paulò poſt ex ejuſdem Codicis Coll. Salvini ap. Dacer. legimus γενέσθαι, non, ut exhibet Editor Cant., γίνεσθαι.

locum

ἐκείνην τεταγμένη, πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἐγγύτητα παραμετρήσῃ τὴν θεραπείαν, τοσοῦτον τοῖς μετὰ ΓΟΝΕΑΣ ΤΙΜΗΣ ἑκάστῳ τῶν συγγενῶν νέμουσα, ὅσον ἂν ἡ πρὸς ἐκείνους ἐγγύτης ὑποφαίνῃ· δῆλον δέ ἐστι καὶ ἐπὶ τούτων τῆς ἀρετῆς ἀδεσπότου μενούσης.

ΤΩΝ Δ᾽ ΑΛΛΩΝ ΑΡΕΤΗ ΠΟΙΕΥ ΦΙΛΟΝ ΟΣΤΙΣ ΑΡΙΣΤΟΣ.

Μετὰ τὴν πρώτην τιμὴν[67] τῆς ἄνω συγγενείας, καὶ τὴν ἑπομένην ἐκείνῃ τὴν περὶ Γονέας καὶ Συγγενεῖς, ἀκολούθως ὁ ΦΙΛΟΠΟΙΟΣ παραδίδοται νόμος, τὸν ἔξω τοῦ γένους ΤΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ εἰς ΦΙΛΙΑΝ ἐκλέγεσθαι, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν κοινωνίαν αὐτῷ συνάπτεσθαι, κελεύων ἵνα τὸν ΑΓΑΘΟΝ ἄνδρα, δι᾽ ΑΓΑΘΗΝ αἰτίαν, ἔχοιμεν ΦΙΛΟΝ, καὶ μὴ κατ᾽ ἄλλας χρείας αὐτὸν οἰκειώμεθα. Ὡς ἐοικέναι[68] τὸ παράγγελμα τοῦτο τῇ περὶ τῶν μετηλλαχότων τῶν βίον σπουδαίων ἀνδρῶν ὑποθήκῃ. Ὡς γὰρ ἐκεῖ τοὺς ἐπισήμονας μόνους ἀνθρώπων ἔλεγε δεῖν τιμᾶν· οὕτως ἐνταῦθα τοὺς ἀγαθοὺς φιλοποιεῖσθαι παραινεῖ μόνους· διδοὺς ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἐκλογὴν, ἐπὶ δὲ γονέων καὶ συγγενῶν ἀρκούμενος τῇ φύσει. Ἁπλῶς γὰρ τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ συνεισάγει τὴν τιμήν· ἐπὶ

[67] τῆς ἄνω συγγενείας] Sic legimus è MS Med. Coll. Gud., loco τῆς πρώτης, quod habent Editt. priores, quia τῆς πρώτης unam tantùm cognationem ſignificat, ſc. ἀθανάτων θεῶν, ſeu, ut vocat Plat. in Timæ. p. 90. τὴν ἐν οὐρανῷ συγγένειαν, cùm τῆς ἄνω triplicem τῶν κρειττόνων συγγένειαν comprehendat, non ſolùm οὐρανίων,

locum occupat, cultus ad naturæ propinquitatem metiendus eſt, atque ſingulis cognatis tantus ſecundùm Parentes Honos eſt deferendus, quantum ſignificaverit ea, quæ ad eos eſt, propinquitas: manifeſtum autem eſt virtutem reſpectu etiam horum debere liberam manere.

EX ALIIS VERO PRO RATIONE VIRTUTIS AMICUM FACIAS, QUISQUIS SIT OPTIMUS.

Poſt primum ſuperioribus cognatis exhibendum honorem, & illi proximum, Parentibus & propinquis debitum, ſequitur de faciendis amicis tradita lex, quæ jubet, ut eorum, qui nobis non ſunt cognati, optimum in amicum deligamus, & cum illo ad virtutum communicationem conjungamur; ut probum ſcilicet virum ob cauſam bonam amicum habeamus, non autem propter alias utilitates eum adſciſcamus; adeo ut hoc præceptum videatur ei ſimile, quod de præclaris hominibus vitâ functis traditur. Sicut enim ibi ex Hominibus ſapientes ſolos eſſe honorandos dicebat; ita hîc eos tantum, qui boni ſint, amicos faciendos admonet; permittens utique in cæteris delectum, in Parentibus verò, & Cognatis naturam ſatis habens. Ipſa enim per ſe perſona patris, & fratris honorem ſibi adſciſcit; in

νίων, ſed & αἰθερίων μονίμων, καὶ μεταπηκτόντων, nempe, ἀθανάτων θεῶν, Ηρώων, & καταχθονίων δαιμόνων: hæc enim eſt illa ἀΐδιος συγγένεια, de quâ ſecundùm tres haſce σχέσεις locutus eſt Hierocles ſuperiùs, et quam paulò poſt vocat ἀθάνατον συγγένειαν.

[68] ὥστ' ἐοικέναι] Ita MS M. Coll. Gud. meliùs, quàm ὡς, quod habent Editt. priores.

ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων Η ΑΡΕΤΗ ΠΟΙΕΙ [69] τὸ τίμιον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ βίου ἀπελθόντων. Τὰ δὲ πρὸ τούτων κατ' αὐτὴν τὴν φύσιν ἐστὶ τίμια. Ἐκεῖ μὲν Θεοὶ, καὶ Ἥρωες· ἐνταῦθα δὲ Πατέρες, καὶ Συγγενεῖς, ἐν θνητῇ φύσει τῆς ἀθανάτου συγγενείας ἡμῖν εἰκόνας προτείνοντες. Τοιαύτη μὲν ἡ [70] πρώτη θήρα, καὶ ἡ κτῆσις, τοῦ ΦΙΛΟΥ. Τίς δὲ ἡ τήρησις αὐτοῦ, ἡ πρὸς κοινωνίαν τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν συντελοῦσα· καὶ τίς ἡ ἀπόθεσις, ἐὰν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβαλλόμενος φαίνηται, καὶ μὴ πειθόμενος ταῖς πρὸς τὸ βέλτιον ἀγούσαις συμβουλίαις, ἑξῆς λέγει.

ΠΡΑΕΣΙ Δ' ΕΙΚΕ ΛΟΓΟΙΣ, ΕΡΓΟΙΣΙ Τ' ΕΠΩΦΕΛΙΜΟΙΣΙ. ΜΗΔ' ΕΧΘΑΙΡΕ ΦΙΛΟΝ ΣΟΝ ΑΜΑΡΤΑΔΟΣ ΕΙΝΕΚΑ ΜΙΚΡΗΣ, ΟΦΡΑ ΔΥΝΗ· ΔΥΝΑΜΙΣ ΓΑΡ ΑΝΑΓΚΗΣ ΕΓΓΥΘΙ ΝΑΙΕΙ.

Πῶς δεῖ προσφέρεσθαι τοῖς φίλοις ἐνταῦθα διαλέγεται. Καὶ πρῶτον μὲν, ὅτι τὰ καλὰ εἰσηγουμένοις αὐτοῖς, καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ πράττουσιν ὁτιοῦν, ἑκόντας δεῖ πειθαρχεῖν. Πρὸς γὰρ τοῦτο τὸ [71] κοινὸν ἀγαθὸν ὁ τῆς φιλίας συνάπτει νόμος, ὅπως ἡμεῖς τε ὠφελώμεθα παρ' ἐκείνων εἰς ἀρετῆς ἐπίδοσιν, καὶ παρ' ἡμῶν ἐκεῖνοι. [72] Ὡς γὰρ κοινὴν ὁδὸν τοῦ ἀρίστου βίου πορευομένους,

69 τὸ τίμιον] Addidimus hîc τὸ è MS M. Coll. Gud., quod defuit in prioribus. Sic τὸ τίμιον ὡς πρὸς ἡμᾶς——, in ſuperioribus.

70 πρώτη θήρα] Sic MS Med. Coll. Gud. meliùs, quàm in Editt. prior. θήρα πρώτη.

71 κοινὸν ἀγαθὸν] Habet hîc MS M. Coll. Gud. κοινωνικὸν ἀγαθὸν, quod nonnullis fortaſſe magis placeat; ſc. πρὸς κοινωνίαν τῶν ἀγαθῶν, &, τῶν ἀρετῶν κοινωνίαν, ut dixit paulò priùs. Sic κοινωνικαὶ

aliis verò virtus honorem conciliat, quemadmodum & in illis qui è vitâ exceſſerunt. Ea verò, quæ hæc præcedunt, ex ipſâ naturâ ſunt in honore: Illic ſcilicet Dii, & Heroes; hîc autem Parentes, & Cognati, qui in mortali naturâ cognationis immortalis imagines nobis exhibent. Sic igitur primùm exquirere amicum, & comparare oportet. Quâ ratione autem amicitiam ejus retineamus, quæ ad bonorum communicationem conducat, & quomodo eam deponamus, ſi ille in deterius planè mutetur, & meliora conſulentibus auſcultare nolit, in ſequentibus narrat.

LENIBUS VERBIS OBTEMPERES, ATQUE UTILIBUS FACTIS. NEQUE ODERIS AMICUM TUUM PROPTER LEVE PECCATUM. QUANTUM POSSIBILE; POTESTAS ENIM PROPE NECESSITATEM POSITA.

Differit hîc de modo, quo nos erga amicos gegere oporteat; atque primùm, nos debere eis lubenter auſcultare, cùm ſuadent honeſta, & rem quampiam in noſtrum commodum faciunt; nam ad hanc bonorum communicationem lex amicitiæ obligat; ut & nos virtutis incremento ab eis augeamur, & illi viciſſim a nobis. Oportet enim eos, qui tanquam communem vitæ op-

κοινωνικαὶ ἀρεταὶ ap. Plutarch., atque πράξεις κοινωνικαὶ, & ἔργον κοινωνικὸν ap. Antonin. Verùm hoc Lectoris judicio relinquimus.

7ª ὡς γὰρ κοινὴν ——] Æquè commoda, ſi non melior, eſt hîc lectio MS Med. Coll. Gud., εἰς κοινὴν γὰρ ὁδὸν —— πρoῖδοι μᾶλλον, τοῦτο εἰς κοινὸν ——. Sed Lectoris arbitrio permittimus.

ῥᾳθυμένους, ὅπερ ἂν ἄλλος ἄλλου προειδῇ μᾶλλον, τοῦτο καὶ εἰς κοινὸν ὄφελος καταθέσθαι δεῖ, ΠΡΑΩΣ μὲν ΕΙΚΟΝΤΑΣ τοῖς καλῶς ὑφηγουμένοις τῶν ΦΙΛΩΝ, ΠΡΑΩΣ δὲ αὐτοῖς τῶν καλῶν τὴν κοινωνίαν προτείνοντας· περὶ δὲ χρημάτων, ἢ δόξης, ἤ τινος ἄλλου τῶν ἐκ τῆς θνητῆς συστοιχίας, μηδεπώποτε αὐτοῖς διαφερομένους. Τοῦτο γὰρ τὴν ΑΜΑΡΤΑΔΟΣ ΕΙΝΕΚΑ ΜΙΚΡΗΣ εἰς ἀπέχθειαν καθίστασθαι τοῖς περὶ τὰ μέγιστα ἀγαθὰ φίλοις ἡμῖν ὑπάρχουσιν. Εἰς πάντα οὖν τοὺς φίλους ἀνεξόμεθα, ὡς ὑπὸ μεγίστης ἀνάγκης τῆς φιλικῆς διαθέσεως πιεζόμενοι, πλὴν ἑνός. Οὐ γὰρ δὴ καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ὑποφερομένοις αὐτοῖς ἑψόμεθα, οὐδὲ μεταβαλλομένοις ἐκ τῆς πρὸς φιλοσοφίαν ἀγωγῆς εἰς ἑτέραν τινὰ τοῦ βίου πρόθεσιν ἐπακολουθήσομεν, καὶ αὐτοὶ συνεκφερόμενοι τοῖς ἀποπίπτουσιν ἀπὸ τοῦ πρὸς ἀρετὴν σκοποῦ· ἀλλὰ μάλιστα μὲν πάσῃ μηχανῇ πειρασόμεθα τὸν φίλον ἐπανορθώσασθαι· μὴ πείθοντες δὲ ἡσυχίαν ἕξομεν, οὔτε ἐχθρὸν ποιούμενοι, διὰ τὴν προϋπηργμένην φιλίαν, οὔτε φίλον ἔτι, διὰ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβολήν. Ὥστε τούτου χάριν τὸν φίλον ποτὲ ἀποθησόμεθα, ὡς μηκέτι δυνάμενον εἶναι κοινωνὸν ἡμῖν ἀρετῆς, ἧς ἕνεκα καὶ τὴν ἀρχὴν φίλον αὐτὸν ἐποιησάμεθα. Ἡ δὲ ἀπόθεσις φυλαττέτω τὸ μὴ εἰς ἔχθραν μεταπεσεῖν. Δεῖ γάρ, [73] εἰ καὶ ἐκεῖνος τῆς φιλίας ἑαυτὸν ὑπεξήγαγεν, ἡμᾶς γοῦν πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, ὅπως ἐπανακληθείη πρὸς τὸ δέον, οὐκ ἀγαπῶντας τὴν ἀπόπτωσιν τοῦ φίλου, οὐδὲ ὑπερφρονοῦντας τὸ καταδεὲς αὐτοῦ

τῆς

[73] εἰ καὶ ἐκεῖνος] Ita legere non dubitavimus pro εἰ κἀκεῖνος in Editt.

timæ viam ingreſſi ſunt, quodcunque alius alio melius præviderit, id in communem utilitatem conferre, amicis bene monentibus LENITER OBTEMPERANTES; LENITER etiam ea, quæ bona ſunt, cum eis communicantes; nunquam autem de pecuniis, aut gloriâ, aut alio ex his caducis ullo cum illis diſſidentes: Id enim eſſet propter leve peccatum inimicitias ſuſcipere cum illis, qui in maximis bonis amici nobis ſunt. Nos igitur ab amicâ diſpoſitione, tanquam maximâ neceſſitudine, coacti, amicos in omnibus feremus, excepto uno; neque enim illis morem etiam geremus, ſi prolabantur in deterius; nec, ſi a ſapientiæ ſtudio ad aliud aliquod vitæ inſtitutum tranſeant, & eos ſequemur, abrepti & ipſi unà cum eis a virtutis ſcopo aberrantibus; ſed quâcunque maximè poſſumus ratione conabimur amicum in viam rectam reducere: quod ſi ei perſuadere nequeamus, tum quieſcemus, neque inimicum illum facientes propter amicitiam præcedentem, nec pro amico in poſterum habentes propter mutationem in deterius. Hâc igitur de causâ amicum aliquando repudiabimus, cùm virtutis, cujus gratiâ primùm factus eſt amicus, particeps nobiſcum amplius eſſe non queat. Caveamus autem ne hæc repudiatio in inimicitiam deſinat; quamvis enim ille ab amicitiâ ſe ſubduxerit, nos certè decet, quantum maximum poſſumus, contendere, ut ad officium revocetur; nequaquam amici lapſu lætantes, & judicii ejus defectum deſpicientes; ſed luctu po-

Editt. prior. nam εἰ ϗ, eſt, *etiamſi*, quod poſcit ſententia.

τῆς γνώμης· ὀδυρομένους ἢ μᾶλλον καὶ θρηνοῦντας ὑπεραλγεῖν αὐτοῦ, καὶ ὑπερεύχεσθαι· καὶ πάντα πειρᾶσθαι ποιεῖν τὰ πρὸς τὴν ἐκ μεταμελείας σωτηρίαν αὐτὸν ἐπανάγοντα. Ταῦτα δέ ἐστι, τὸ μήτε περὶ χρημάτων μήτε περὶ δόξης αὐτῷ διαφέρεσθαι, καὶ τὸ μὴ ἐφ' ὕβρει τῆς κοινωνίας αὐτὸν ἀποστερεῖν, μηδὲ φιλοτιμίαν ἑαυτοῦ ποιεῖσθαι τὴν ἐκείνου δυστυχίαν. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ πρὸς τὴν ἀρίστην τῶν φίλων τήρησιν, καὶ τὴν εὔλογον ἀπόθεσιν, καὶ πρὸς τὴν ἐκ μεταμελείας αὐτῶν ἐπανάκλησιν, πλεῖστα συμβάλλεται τὸ ἡμέτερον ἀνεξίκακον, καὶ περὶ μηδενὸς πρὸς τοὺς φίλους μικρολογούμενον, μηδὲ ἐξεταστικὸν πρὸς ἀκρίβειαν, ἀλλ' ὅσον οἷόν τε ὑπομονητικόν· διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν ΟΦΡΑ ΔΥΝΗ. Εἶτα, ἵνα μὴ τὴν ΔΥΝΑΜΙΝ τῷ τῆς προαιρέσεως μέτρῳ κανονίσῃ τις, ἀλλ' αὐτῷ τῷ τῆς φύσεως φορτίῳ, ὅσον ἡ ΑΝΑΓΚΗ προσελθοῦσα ἐξευρίσκει, ἐπήγαγε, ΔΥΝΑΜΙΣ ΓΑΡ ΑΝΑΓΚΗΣ ΕΓΓΥΘΙ ΝΑΙΕΙ. Ἕκαστος γὰρ, ὧν οἴεται ΔΥΝΑΣΘΑΙ, πλέον ΔΥΝΑΜΕΝΟΣ ὑπὸ τῆς ΑΝΑΓΚΗΣ ἐλέγχεται. Τοσοῦτον οὖν προθυμεῖσθαι χρὴ τῶν φίλων ἀνέχεσθαι, ὅσον ἡ ἀνάγκη δείκνυσιν ἡμᾶς ΔΥΝΑΜΕΝΟΥΣ. καὶ τότε ἐξαίφνης ἀφόρητον φανὲν τῇ τῆς φιλίας ΑΝΑΓΚΗ φορητὸν ποιεῖν. Μὴ γὰρ δή που τὰ πρὸς βίαν ἐπιταττόμενα μόνα οἰώμεθα προσήκειν γενναίως ὑπομένειν· ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς φυλακὴν τῶν ΦΙΛΩΝ καὶ ἀνάκλησιν συντείνοντα μείζονος ὑπομονῆς ἄξια δεῖ τίθεσθαι, ὡς τῆς θείας ΑΝΑΓΚΗΣ ἐπιτάγματα. Δυνατωτέρα γὰρ παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἡ τοῦ νοῦ ΑΝΑΓΚΗ τῆς ἔξωθεν βίας. Εἴτε οὖν πρὸς τὴν ἐκ περιστάσεως ΑΝΑΓΚΗΝ ἀπίδοις, εἴτε πρὸς τὴν ἑκούσιον, τὴν ἐκ τῶν ἐπιστημονικῶν ὅρων

συμπλη-

tiùs, atque lamentis vicem ejus dolentes, & pro eo precantes; atque omnia tentantes, & facientes, quibus ille facti pœnitens ad ſalutem reducatur. Hæc autem ſunt, ut nec de pecuniis, nec de gloriâ cum eo contendamus; neque cum contumeliâ ſocietatem ei renuntiemus; neque ejus infortunium nobis gloriæ ducamus. Quandoquidem verò tum ad amicos ritè retinendos, juſtéque repudiandos, tum ad eos ſanam ad mentem revocandos, plurimùm confert noſtra Injuriarum tolerantia, & ſi de minutis rebus cum amicis nunquam litigemus, nec ad amuſſim omnia exigamus; ſed, quantum fieri poteſt, patiamur; ideo hoc, QUOAD POSSIS, adjecit. Deinde ut hanc Poteſtatem non voluntatis ſuæ modulo quis metiretur, ſed illâ naturæ patientiâ, quantam neceſſitas premens ei ſuggerit, id porro addit, POTESTAS ENIM PROPE NECESSITATEM HABITAT. Unuſquiſque enim, cùm premit NECESSITAS, plus poſſe deprehenditur, quàm ipſe ſe poſſe exiſtimavit. Tantiſper igitur nos promptè amicos ferre debemus, quoad nos poſſe oſtendit NECESSITAS; & id, quod primò adſpectu intolerabile videtur, amicitiæ NECESSITATE tolerabile reddere. Nequaquam enim putandum eſt, ea tantùm, quæ vis imponit, fortitèr eſſe patienda; ſed ea etiam, quæ ad conſervandos atque revocandos amicos conferunt, majore patientiâ digna eſſe debemus exiſtimare, tanquam divinæ NECESSITATIS mandata. Mentis verò NECESSITAS, apud eos, qui rectè ſapiunt, plus valet, quàm vis externa. Sive igitur ad illam NECESSITATEM reſpicias, quæ ex Rerum Statu oritur, ſive ad voluntariam, cujus

συμπληρουμένην, καὶ ἐκ τῶν θείων νόμων καθήκουσαν, ἐξευρήσεις τὸ ἐνυπάρχον σοι τῆς ΔΥΝΑΜΕΩΣ μέτρον, ὃ νῦν ὁ λόγος εἴρηται δεῖν τοῖς ΦΙΛΟΙΣ [74] εἰσφέρειν, ἐν τῷ προστάττειν μὴ προχείρως αὐτοῖς εἰς ἀπέχθειαν καθίστασθαι, ΑΜΑΡΤΑΔΟΣ ΕΙΝΕΚΑ ΜΙΚΡΗΣ, τὰ ἔξω τῆς ψυχῆς πάντα μικρὰ τιθέμενος, καὶ ἀπαγορεύων μὴ φειδοῖ τούτων τὸν ΦΙΛΟΝ ΕΧΘΡΟΝ ποιεῖν, ἀδιαφορίᾳ δὲ μᾶλλον τῇ περὶ τὰ τοιαῦτα καὶ τὸν ἀποπεσόντα ΦΙΛΟΝ ἀνακαλεῖσθαι, καὶ πανταχοῦ τοῦτο ἑαυτοῖς συνειδέναι, ὅτι ἴσον ἐφ' ἡμῖν καὶ τοὺς ὄντας ΦΙΛΟΥΣ ἐτηρήσαμεν, καὶ τοὺς πρὸς τὸ χεῖρον ὑπενεχθέντας ἀνεκλησάμεθα, καὶ οὔτε τὴν ἀρχὴν εἰς ΕΧΘΡΑΝ τινὰ καλεσήσαμεν, οὔτε παρ' ἑαυτοῦ γινόμενον ΕΧΘΡΟΝ τοῖς ἴσοις ἠμειψάμεθα. Ταῦτα γὰρ ὁ τῆς ΦΙΛΙΑΣ ὑπαγορεύει θεσμὸς, μεγίστης οὔσης ἀρετῆς, καὶ τῶν ἄλλαις, ὡς [75] τελειότητος, ἐπιφαινομένης. Πέρας μὲν γὰρ τῶν ἀρετῶν ἡ ΦΙΛΙΑ, ἀρχὴ δὲ ἡ εὐσέβεια. Καὶ ἔστιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος σπέρμα τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἡμῖν· ἡ δὲ τῆς ΦΙΛΙΑΣ ἕξις ὁ τελειότατος τῶν ἀρετῶν καρπός. Ὥσπερ οὖν δικαιοσύνης ποιεῖσθαι δεῖ λόγον, οὐ μόνον πρὸς τοὺς δικαίως ἡμῖν προσφερομένους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀδικεῖν ἐγχειροῦντας, ἵνα μὴ τῷ ἀνταδικεῖν εἰς τὴν ἴσην κακεξίαν αὐτοῖς ἔλθωμεν· οὕτω καὶ τῆς ΦΙΛΙΑΣ ἀντέχεσθαι δεῖ, τουτέστι τῆς φιλανθρωπίας [76] τῆς πρὸς ἅπαντας, οἱ τοῦ γένους ἡμῖν κοινωνοῦσιν. Ἐν τάξει δὲ τῇ πρεπούσῃ τὰ τῆς ΦΙΛΙΑΣ μέτρα ποιησόμεθα, τοὺς

μὲν

[74] εἰσφέρειν] MS Med. Coll. Gud. habet προσφέρειν, quod melius videatur. Sic Simplic. in Epict. p. 204. Ed. L. B. χρὴ συγγνώμην τῷ φίλῳ προσφέρειν.

[75] τι-

limites prudentia definit, quæque divinis legibus eſt conſentanea, invenies eam in te eſſe Poteſtatis menſuram, quam nunc Carmen amicis eſſe præſtandam docet, dum nos PARVI PECCATI CAUSA vetat eorum inimicitiam temerè ſuſcipere; quippe omnia, quæ extra animum ſunt, in parvis habet, præcipitque, non, ut his parcendo, ex AMICO INIMICUM faciamus; ſed ut, iis potiùs neglectis, AMICUM delapſum recuperemus, nobiſque in omnibus conſcii ſimus, nos, quoad potuimus, & eos, qui AMICI erant, conſervâſſe, & in deterius prolapſos recuperâſſe; ac neque INIMICITIÆ cuiquam cauſam præbuiſſe, nec ei, qui ſponte ſuâ nobis INIMICUS erat, paria retuliſſe: Hæc enim ſubmonet AMICITIÆ lex, quæ virtutum maxima eſt, & in cæteris tanquam earum perfectio elucet: Nam virtutum finis eſt AMICITIA, principium verò Pietas: Atque Pietatis ratio nobis bonorum omnium Semen eſt; AMICITIÆ verò habitus, perfectiſſimus eſt virtutum fructus. Quemadmodum igitur juſtitiam colere debemus, non ſolùm erga eos, qui juſtè nobiſcum agunt, ſed & erga eos, qui nobis Injuriam conantur inferre, ne, dum Injuriam referimus, in idem cum illis vitium incidamus: ſic & AMICITIAM, id eſt, benevolentiam colere oportet erga omnes, qui ejuſdem nobiſcum generis participes ſunt. Rectè autem, & ordine, AMICITIAM metiemur,

75 τελειότητος] Habet hîc MS Med. Coll. Gud. τελειοτάτης, haud malè; nam ſic fere de juſtitiâ loquitur in ſequentibus, τελειοτάτης ὔσης πασῶν ἀρετῶν, & hîc paulò poſt, ἡ φιλίας ἕξις ἡ τελειότατος τῶν ἀρετῶν καρπός. Sed non mutato opus eſt.

76 τῆς πρὸς ἅπαντας] Addidimus hîc è MS Med. Coll. Gud. articulum τῆς, emphaſis gratiâ.

ſi bonos,

μὲν ἀγαθοὺς, ὡς ἀποσώζοντας τὴν τοῦ ἀνθρώπου τελειότητα, καὶ διὰ τὴν φύσιν, [77] καὶ διὰ τὴν γνώμην, παντοίως ἀσπαζόμενοι· τοὺς δὲ φαύλους, ὡς μηδὲν ἀπὸ γνώμης εἰς αἵρεσιν ΦΙΛΙΑΣ ἡμῖν ὑπέχοντας, διὰ μόνην τὴν κοινὴν φύσιν, ἀγαπῶντες· Διὸ καὶ λέγεται ὀρθῶς, ὡς οὐδεὶς ΕΧΘΡΟΣ τῷ σπουδαίῳ· [78] καὶ, μόνος ὁ ἀγαθὸς ἀγαθῷ ΦΙΛΟΣ. Ως μὲν γὰρ τὸν ἄνθρωπον ΦΙΛΩΝ, οὐδὲ τὸν κακὸν ΕΧΘΡΟΝ τίθεται· ὡς δὲ τὸν ἀρετῇ κεκοσμημένον ζηλῶν πρὸς κοινωνίαν, τὸν ἀγαθὸν ἐκ πάντων ἐκλέγεται, μιμούμενος καὶ ἐν τοῖς τῆς ΦΙΛΙΑΣ μέτροις τὸν Θεὸν, ὃς μισεῖ μὲν οὐδένα ἀνθρώπων, τὸν δὲ ἀγαθὸν διαφερόντως ἀσπάζεται. Τὸ γὰρ τῆς φιλανθρωπίας ἀγαθὸν κοινῇ τῷ γένει προτείνων, τῆς προσηκούσης μοίρας ἕκαστον ἀξιοῖ· τοὺς μὲν ἀγαθοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἀνάγων, τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς φυγάδας τοῖς τῆς δίκης νόμοις πρὸς τὸ δέον ἀπευθύνων. Τοῦτο γὰρ τοῖς ἑκατέροις σύμμετρόν τε καὶ ὠφέλιμον. Οὕτω καὶ ἡμᾶς προσήκει τὴν ΦΙΛΙΑΝ τηρεῖν πρὸς πάντας ἀνθρώπους μετὰ τῆς πρὸς τὴν ἀξίαν ἀπονεμήσεως. Καὶ γὰρ σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην πρὸς ἅπαντας ἔχομεν, καὶ οὐ πρὸς μόνους τοὺς δικαίους καὶ σώφρονας· οὐδὲ ἀγαθοὶ μὲν τοῖς ἀγαθοῖς ἐσόμεθα, κακοὶ δὲ τοῖς κακοῖς. Οὕτω γὰρ ῥᾳδίως συμμετα-

77 καὶ διὰ τὴν γνώμην] Hic etiam addidimus è MS M. Coll. Gud. διὰ, quia ἐμφατικώτερον eſt.

78 Καὶ, μόνος ὁ ἀγαθὸς ἀγαθῷ φίλος] Edidit Curter. αὑτῷ φίλος, *ſibi amicus*, quod Editor Cant. è conjecturâ mutavit in αὐτῷ φ., *ei amicus*, ſc. σπουδαίῳ; ſed neque ſic lectum mihi placet, quia duas (quas vult planè Hierocles) Γνώμας Pythagoricas in unam conflat, & poſterioris vim enervat: prima eſt, Οὐδεὶς ἐχθρὸς τῷ σπουδαίῳ, atque ſic fere Sextus Pythagoricus ap. Galæ. Mythol.,

ſi bonos, ut qui humanæ naturæ perfectionem conſervant, cùm propter naturam, tum ob animi propoſitum omnino amplectamur; malos autem propter communem naturam ſolùm amemus; quippe quorum propoſitum nihil nobis oſtendit, propter quod eorum AMICITIAM expetamus. Quapropter & rectè dicitur, *Neminem* INIMICUM *eſſe viro bono*; &, *ſolum bonum bono* AMICUM. Is enim, ut hominem diligens, ne malum quidem pro inimico habet; ut verò virtute præditum ſibi ſocium quærens, bonum ex omnibus deligit; in ipſis etiam AMICITIÆ regulis Deum imitans, qui hominum neminem odit; bonum verò præcipuè amplectitur. Ille enim benevolentiæ ſuæ commoda humano generi communiter porrigens, convenientem ſingulis ſortem tribuit, probos ad ſe adducens, virtutis autem deſertores juſtâ caſtigatione ad officium reducens: Hoc enim utriſque congruum atque utile eſt. Conſimili modo & nos AMICITIAM cum omnibus hominibus colere oportet, adhibitâ ſingulorum dignitatis diſtinctione: etenim temperantiam, & juſtitiam exercebimus erga omnes, & non ſolùm erga juſtos, & temperatos; neque boni bonis erimus, malis autem mali: Ita

Mythol., *Neminem inimicum deputes.* Altera, Μόνος ὁ ἀγαθὸς ἀγαθῷ φίλος. Hujus autem ſententiæ vis tota perit, & ſenſu planè carebit, ſi pro ἀγαθῷ legas αὐτῷ; nec multò melius erit Curterianum αὐτῷ, etſi ſic aliquo in ſenſu verum eſt. Mihi igitur pro αὐτῷ, vel, αὐτῷ, legendum videtur, ἀγαθῷ, & ſic diſtinguendum, Σπουδαίῳ· Καὶ, Μόνος ὁ ἀγαθὸς ἀγαθῷ φίλος. Ita Plato in Lyſide p. 214, ἀγαθὸς ἀγαθῷ μόνος μόνῳ φίλος, & ſic fere in Phædro p. 255. ſimiliter etiam Max. Tyrius, ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀγαθῷ φίλος, ἴσος γάρ. Diſſ. 4. Horum igitur auctoritate freti, ſic emendare non dubitavimus.

enim

συμμεταβαλλόμενοι τοῖς προσπίπτουσιν οὐδὲν οἰκεῖον ἕξομεν ἀγαθὸν, ὃ διὰ παντὸς, καὶ πρὸς πάντας, τηρήσομεν. Εἰ δὲ ἕξιν τὴν ἀρετὴν κεκτήμεθα, οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῷ βουλομένῳ ταύτης ἡμᾶς ἀποστῆσαι· οὐδὲ τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰς διαθέσεις συναλλοιώσομεν, τὸ μόνιμον τῆς ἀρετῆς εὐτυχοῦντες. [79] Ὅπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ΦΙΛΙΑΣ δεήσει φυλάττειν, ΦΙΛΙΑΣ, ὡς ἔφαμεν, μεγίστης οὔσης ἀρετῆς· φιλανθρωπίας δὲ κοινῶς μὲν πρὸς ἅπαντας, ἰδίως δὲ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς θεωρουμένης, ὅτι καὶ τὸ τῆς φιλανθρωπίας ὄνομα αὐτῇ μᾶλλον ἐπιπρέπει. Ταῦτα δὲ περὶ τούτων· [80] ἐπὶ δὲ τὰ ἑξῆς προΐωμεν.

ΤΑΥΤΑ ΜΕΝ ΟΥΤΩΣ ΙΣΘΙ· ΚΡΑΤΕΙΝ Δ' ΕΙΘΙΖΕΟ
ΤΩΝΔΕ· ΓΑΣΤΡΟΣ ΜΕΝ ΠΡΩΤΙΣΤΑ, ΚΑΙ
ΥΠΝΟΥ, ΛΑΓΝΕΙΗΣ ΤΕ, ΚΑΙ ΘΥΜΟΥ.——

Συστέλλειν δεῖ ταῦτα πάντα, καὶ τάττειν, ἵνα μὴ παρενοχλῇ τὸν λογισμόν. Φέρε οὖν, τὴν ἀλογίαν ὅλην ἐν τάξει χαλινώσωμεν ὀρθαῖς παιδαγωγίαις· ἐπειδὴ καὶ τὰ ταύτης μέρη χορηγά ἐστι κακίας ἀλλήλοις ἐφεξῆς. Οἷον, ΓΑΣΤΗΡ ἄγαν πληρουμένη ΥΠΝΟΝ πολὺν ἐπάγεται. Ἀμφότερα δὲ ἀφθονίαν παρέχεται σπέρματος, ἥτις ἀμέτρως ἐγείρει πρὸς ἀφροδίσια, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν

79 ὅπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς——] Ita recepimus è MS Med. Coll. Gud.; quod rectius planè eſt, quàm, quod habent Editt. priores, ὥσπερ καὶ ἐπὶ —, τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ —. unde vix ullus ſit ſenſus.

80 ἐπὶ τὰ ἑξῆς προΐωμεν] Habent quidem Editt. omnes ἐπὶ τῶν, quod tamen erratum ex Ed. primâ traductum mihi viſum eſt, & corrigendum ἐπὶ τὰ, ſicut

enim facilè, prout res contingunt, mutati, nihil proprii nobis boni conſervabimus, quo ſemper, & erga omnes utamur. Quod ſi virtutis habitum comparaverimus, non penes volentem erit, nos ab eâ dimovere; neque pro re natâ affectus noſtros variabimus, ſi ſtabili virtutis poſſeſſione fruamur. Quod verò in aliis virtutibus, id in AMICITIA quoque obſervandum eſt; cùm AMICITIA, uti diximus, virtus ſit maxima; humanitas verò communitèr erga omnes, ſed præſertim erga bonos, exerceatur, unde (φιλανθρωπίας) humanitatis nomen ei præcipuè convenit. Sed de his hactenus: ad ea igitur, quæ ſequuntur, pergamus.

ILLA QUIDEM ITA SCIAS: SED HIS SEMPER IMPERES, VENTRI PRIMUM, ET SOMNO, DEIN LIBIDINI. IRÆQUE. —

Coercere oportet hæc omnia, & in ordinem cogere, ne rationem perturbent. Age igitur, id totum, quod rationi repugnat, rectis inſtitutis ordinatim refrænemus, quoniam & hujus Partes ſibi invicem vitia ſubminiſtrant. Nempe VENTER multo cibo refertus multum SOMNUM inducit; ambo autem ſeminis copiam præbent, quæ ad res venereas immoderate excitat, ani-

cut alibi ipſe Hierocles haud ſemel habet, nempe, ἐπὶ τὰ ἑξῆς μεταβαίνωμεν, & ἐπὶ τὰ ἑξῆς μετίωμεν, & ἑξῆς μηνύει τοῖς προιοῦσιν ἐπὶ τὰς γνώσεις. Sicut & alii ſæpiſſimè. Sic Euſebius in Hiſt. Ecc. 3. 31, ἐπὶ τὴν τῶν ἑξῆς προΐωμεν ἱστορίαν. Et ibid. cap. 32. ἐπὶ τὰ ἑξῆς προβαίνοντες ἴωμεν. Et in Vitâ Conſtant. 4. 64. ἐπίωμεν ἐπὶ τὰ ἑξῆς.

mique

τικὸν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἀκόλαστον ἐποξύνει. Τούτῳ δὲ τὸ ΘΥΜΙΚΟΝ συνεκφερόμενον διὰ πάσης ἵεται μάχης, νῦν μὲν σιτία καὶ ποτὰ ἐκδικοῦν, νῦν δὲ περὶ ἑταίρας μαχόμενον, καὶ ἄλλοτε ἄλλας ἡδονὰς φιλονεικοῦν κτήσασθαι. ΚΡΑΤΕΙΝ οὖν ΕΘΙΖΟΥ ΤΟΥΤΩΝ, ἀπὸ τῆς ΓΑΣΤΡΟΣ πρώτης ἀρξάμενος, ἵνα τοῦ τε λόγου καλήκοα
[81] γένηται τὰ ἄλογα τῆς ψυχῆς εἴδη· καὶ αὐτὸς ἐπὶ ταὐτοῦ τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὴν περὶ γονέας τιμὴν, καὶ πάντα, ἃ μικρῷ πρόσθεν παρήνεσεν ὁ Λόγος, ἀπαραγώγως φυλάξαι δυνηθῇς. Δυνάμις γὰρ τῆς τῶν προτέρων τηρήσεως ταυτὶ τὰ ἑπόμενα. Ἐπεὶ παραβαθείη ἂν πάντα ἐκεῖνα, μὴ ἑπομένων τῷ λογισμῷ τῶν παθητικῶν δυνάμεων. Ἢ γὰρ ΘΥΜΟΣ ἐξετάραξε κατὰ γονέων, ἢ ἐπιθυμία πρὸς ἀπείθειαν αὐτῶν ὥπλισε. Καὶ πάλιν, ἢ ΘΥΜΟΣ πρὸς βλασφημίαν [82] ἐπήγειρεν, ἢ ἐπιθυμία χρημάτων πρὸς ἐπιορκίαν. Καὶ ὅλως τὰ κακὰ διὰ ταύτας πράττεται τὰς δυνάμεις, μὴ τῆς
[83] λογικῆς οὐσίας πρὸς τὸ δέον αὐτὰς ἀπευθυνούσης. Ἐντεῦθεν ἀσέβειαι παντοῖαι, καὶ πόλεμοι συγγενικοὶ, καὶ φίλων προδοσίαι, καὶ πάντα τῆς παρανομίας τὰ εἴδη· ὡς καὶ βοᾶν ἀναγκάζεσθαί τινας,

[84] Μανθάνω μὲν οἷα μέλλω δρᾶν κακά·
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

ἄλλους

[81] γίνηται] Sic MS Med. Coll. Gud., quod lectioni priori, γίγνηται, prætulimus. Hîc autem per ἄλογα εἴδη τῆς ψυχῆς vult τὸ θυμικὸν, & τὸ ἐπιθυμητικὸν, quæ δυνάμεις ejus vocantur in ſequentibus. Sic Nemeſius, διαιροῦσιν εἰς δυνάμεις, ἢ εἴδη, ἢ μέρη, τὴν ψυχήν. De Nat. Hom. Cap. 15. Itidem Jamblic. Vit. Pythag. τρία ψυχῶν ἐν ἡμῖν εἴδη, τὸ μὲν, ᾧ λογιζόμεθα, τὸ δὲ, ᾧ θυμούμεθα, τρίτον δὲ, ᾧ ἐπιθυμούμεθα.

[82] ἐπήγειρεν] Hoc maluimus è MS Med. Coll. Gud., quàm priùs lectum, ἤγειρεν, quia ſic ſæpe Hierocles.

[83] λογι-

mique concupiſcibile ad incontinentiam irritat; cum hoc verò una impetum faciens IRASCIBILE, per omne genus pugnæ graſſatur; modò eſculenta & potulenta ſibi vindicando, modò de meretrice rixando; atque nunc de his, nunc de illis voluptatibus comparandis acriter contendendo. HIS igitur IMPERARE ASSUESCES, facto à VENTRE initio, ut & animæ partes rationis expertes rationi obſequantur, & ipſe in temet Pietatem, & erga Parentes honorem, cæteraque omnia, ad quæ paulò ante hortabatur Carmen, ſine aberratione conſervare valeas. Poteſtas enim obſervandi priora illa in poſterioribus hiſce ſita eſt. Violabuntur enim illa omnia, ſi facultates perturbationibus obnoxiæ rationi non obtemperent: Aut enim IRA ad reſiſtendum parentibus excitabit, aut cupiditas ad ſpernenda eorum monita armabit, Et rurſum, aut Ira ad Blaſphemiam provocabit, aut pecuniarum Cupiditas ad Perjurium; atque omnino mala ab his facultatibus perpetrantur, niſi ad decorum ab animâ rationali dirigantur. Hinc omnigenæ Impietates, & bella inter conſanguineos & amicorum proditiones, & omnia flagitiorum genera; adeò ut nonnulli exclamare cogantur,

Non me latent, quæ molior nunc, mala;
Sed Ira major eſt conſilio mihi.

Alii

[83] λογικῆς ὐσίας] MS Med. Coll. Gud. & MSS Gall. pro ὐσίας legunt hîc ψυχῆς, & ſic Auriſpæ Verſio, *animi*; atque haud ſcio an melius ſit, quia reſpicit Hierocles ad τρία εἴδη τῆς ψυχῆς ſecundùm Platonicos, vultque τὸ λογικὸν, ſeu, λογικὴν ψυχὴν, duabus partibus inferioribus imperare, ſc. τῷ θυμικῷ, & τῷ ἐπιθυμητικῷ. Sed hoc Lectoris judicio permittimus.

[84] μανθάνω—] Euripidis eſt hîc in Medæâ verſus 1078, καὶ μανθάνω

ἄλλους δὲ, ἢ τοὺς αὐτοὺς, ἄλλοτε βοᾷν,

Μανθάνω μὲν οἷα μέλλω δρᾷν κακά·
Ἐπιθυμία δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

καὶ, Εὖ μέν μοι δοκεῖς λέγειν·
πέπονθα δὲ τὸ τῶν πολλῶν πάθος,
[85] οὐ πάνυ πείθομαι. ——

Τὸ γὰρ λογικὸν γένος πρὸς τὴν τῶν καλῶν αἴσθησιν ἐκ φύσεως διακείμενον, ἀνάμνησίν ἐστι, καὶ [86] ἐνάγωγον πρὸς τὴν τοῦ ὀρθοῦ λόγου διδασκαλίαν, ὅταν μὴ ταῖς παθητικαῖς ὁλκαῖς, ὥσπερ τισὶ μολυβδίσιν, ὑποφέρηται πρὸς κακίαν. Δεῖ οὖν καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς εἰδέναι τὰ δέοντα, καὶ τὰς ἀλόγους δυνάμεις ἐθίσαι, ὅσον οἷόν τε, καὶ αὐτὰς τῷ ἐν ἡμῖν λόγῳ συνέπεσθαι. Οὕτω δὲ ταχθέντων τῶν παθῶν, ἱκανὸς ὁ λογισμὸς γένοιτο ἂν ἀπαραβάτως φυλάξαι τὰ πρῶτα παραγγέλματα, περὶ ὧν εἴρηται, ΤΑΥΤΑ ΜΕΝ ΟΥΤΩΣ ΙΣΘΙ. Περὶ δὲ τῶν ἑξῆς ΕΘΙΖΟΥ ΚΡΑΤΕΙΝ εἶπεν, ἐνδεικνύμενος, ὅτι τὸ μὲν λογικὸν διδασκαλίᾳ καὶ ἐπιστήμῃ τάττεται, τὸ δὲ ἄλογον ἐθισμοῖς καὶ πλάσεσι τρόπον τινὰ σωματικαῖς· οὕτω δὲ καὶ τῶν ζώων τὰ ἄλογα μόνῳ ἔθει ἄγεται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ἐθισθεῖσα οὖν ΓΑΣΤΗΡ ζητεῖν [87] τὰ μέτρια τάς τε ἄλλας

θάνω μὲν οἷα τολμήσω κακά. Unde vides Hieroclem omittere καὶ (quod facit etiam Plutarch. περὶ δυσωπ.) & pro τολμήσω legere, μέλλω δρᾷν. Atque ſic quidem legunt alii, ſed inverſo ordine, δρᾷν μέλλω. Ita enim citatur hic verſus ab Alcinoe Doctr. Plat. c. 24, Luciano pro Merc. Conduct., Arriano Diſſ. 1. 28, Simplicio in Epict. p. 40, 68, 74. Ed. L. B. ſc., καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾷν μέλλω κακά.

[85] οὐ πάνυ π.] MS Med. Coll. Gud. habet, οὐ πάνυ σοι πείθομαι.

[86] ἐνάγωγον] Ita legimus ope MS Med. Coll. Gud., ubi ſcribitur ἐνάγαγον, ſed planè per incuriam pro ἐνάγωγον, quod quidem

Alii verò, aut iidem, aliàs exclamare,

Non me latent, quæ molior nunc, mala;
Sed ratione fortior cupiditas mihi.

Et, *Nec abſurdè ſanè mihi videris dicere;*
Laboro autem vulgari malo,
Obtemperare tibi nequeo.——

Rationale enim genus, cùm ad honeſtas res percipiendas naturâ comparatum ſit, facilè ad earum memoriam revocatur, & rectæ rationis monitis attendit, quando non affectuum ponderibus, tanquam plumbeis quibuſdam, ad vitia degravatur. Oportet igitur & nos ea, quæ noſtri ſunt officii, ſcire, & irrationales facultates, quantum poſſumus, aſſuefacere, ut & ipſæ rationi, quæ in nobis eſt, obtemperent. Affectibus autem ſic in ordinem redactis, tum demùm poterit ipſa ratio, ſine perturbatione, prima illa præcepta obſervare, de quibus hoc dicitur, ILLA QUIDEM ITA SCIAS. De ſequentibus autem dicit illud, IMPERARE ASSUESCE, ſignificans ſcilicet, id, quod eſt ratione præditum, diſciplinâ atque ſcientiâ regi; illud autem, quod ratione caret, aſſuetudine & formatione quodammodo corporeâ inſtitui: Sic enim & bruta animalia ab hominibus ſolâ conſuetudine cicurantur. VENTER igitur, moderata appetere conſuetus,

per quas homines externis incommodis implicantur. Si ſanè divinum Judicium ex deſtinato huic Divitias, illi verò paupertatem daret, DIVINAM debuit hanc voluntatem vocare, non autem FORTUNAM: Sin autem nihil talium ſortitioni præeſt, ſed fortuitò & caſu evenit, ut hic fortunatus, uti dicunt, ille verò infortunatus ſit, FORTUNAM ſolùm vocare hanc oportuit, & non DIVINAM FORTUNAM: Quòd ſi Deus, qui nobis præeſt, unicuique ea tribuit quæ meritis ejus conveniunt, neque ipſe eſt cauſa, cur hujuſmodi, aut illiuſmodi ſimus, ſed remunerationis tantùm, quæ ſecundùm leges Juſtitiæ ſit, auctor eſt, meritò carmen, conjunctis nominibus, judicii hujus decreta FORTUNAS DIVINAS appellavit; quatenus ſcilicet is, qui judicat divinus eſt, & intellectu præditus, eas DIVINAS vocans, & ſcientiæ plenas; quatenus verò ille, qui judicatur, ſponte ſuâ in vitium prolabitur, & ideo calamitatibus iſtis dignus eſt, FORTUNAS adjungens; quia Deus non primariò huncce hominem vel ſupplicio, vel præmio, afficere ſtatuit, ſed eum ſemper, qui talis, vel talis fuerit; hujus autem cauſam in nobiſmet ipſis ſitam eſſe: atque adeo voluntatis noſtræ, & judicii ejus complicationem FORTUNAM parere; ita ut totum hoc, DIVINA FORTUNA, ſit Dei de peccatis ſententia; atque

διὰ τὴν ——. Sed non tali nobis auxilio opus eſt; nam ſatis ſana eſt lectio Curteriana, & ritè ſic diſtincta, ὥστε εἶναι —— ψῆφον, καὶ συνιστάσιν οὕτω τὴν τῶν ὀνομάτων τεχνικὴν εὕρεσιν τήν τε θείαν ἐπιστασίαν ——. Dicit igitur hanc artificioſè excogitatam vocabulorum conjunctionem (ſc. δαιμονίαν τύχην) ea, quæ ſequuntur, in ſe includere, & ſimul inferre, ſc. τήν τε θείαν ἐπιστασίαν, καὶ τὸ αὐτεξούσιον ψυχῆς, καὶ ἀθάνατον.

γικὴν εὕρεσιν, τήν τε θείαν ἐπιστασίαν, καὶ τὸ αὐτεξούσιον τῆς ψυχῆς, καὶ [123] ἀθάνατον· καὶ μήτε καθ' εἱμαρμένην ἢ πρόνοιαν πάντα γίνεσθαι, μήτε ὡς ἔτυχε, καὶ ἀπὸ ταὐτομάτου, μήτε κατὰ τὸ αὐτοπροαίρετον ἡμῖν τὸν βίον [124] διατίθεσθαι πάντα. Ἀλλ' ὅσα μὲν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἁμαρτάνομεν, ταῦτα εἰς προαίρεσιν ἀναφέρεσθαι· ὅσα δὲ ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις κατὰ τοὺς τῆς δίκης ἕπεται νόμους, εἰς εἱμαρμένην· τὰ δὲ προηγουμένως παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐκδιδόμενα ἀγαθὰ, εἰς πρόνοιαν· εἰς δὲ τὸ εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχεν, οὐδὲν τῶν ὄντων ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν· ἀλλ' οὐδὲ τῶν γινομένων· εἰ μὴ ἄρα κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ κατ' ἐμπλοκὴν τῶν ἀπὸ προνοίας, καὶ εἱμαρμένης, καὶ προαιρέσεως προηγουμένως ἐνεργουμένων, ἐπακολουθήσει τὸ ὡς ἔτυχε τοῖς πρωτουργοῖς αἰτίοις. Οἷον φέρε, Ὁ δικαστὴς τὸν φονέα κολάζειν βούλεται, καὶ οὐ τόνδε τὸν ἄνθρωπον· κολάζει δὲ καὶ τοῦτον, ὃν οὐκ ἐβούλετο, ὅταν αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς τὴν τοῦ φονέως ἐναρμόσῃ τάξιν. Καὶ γίνεται προηγουμένη μὲν ἡ κατὰ τοῦ φονέως αὐτῷ ψῆφος· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, ἡ κατὰ τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι ἑκὼν ὑπέδυ τὸ τοῦ φονέως;

123 ἀθάνατον] Dicit M. Caſaubonus *nihil hic quicquam eſſe, quod ad animæ immortalitatem pertineat;* Lectum igitur vult αὐτόματον. Idem quoque ſentientes Bentleius, & Editor Cant. (qui ἀπροσδιόνυσον vocat hanc vocem ἀθάνατον) multa è propriâ conjecturâ nobis eligenda proponunt. Nos verò horum nullum admittimus; præſertim cùm omnes codices MSS. (ut fatetur Editor Cant.) in vocabulo ἀθάνατον conſentiant; atque id quidem rectiſſimè. Nam Hierocles hîc eam planè vult ψυχῆς ἀθανασίαν, quam ſuperiùs introduxit, ſc. à parte ante, πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἴδει γενέσθαι, ὥστε καὶ ταύτῃ ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχὴν, ut dicit Plato in Phædone c. 16. ex quâ hypotheſi providentiæ in hujus vitæ malis diſpenſandis defenſionem inſtituit, docendo, ea eſſe iſtius προβιοτῆς ἀμοιβὰς, atque adeo hîc demum concludit,

ſic technicum illud vocabulorum inventum Dei regimen, & animi libertatem, immortalitatemque junctim introducat; ac neque fato aut providentiâ omnia fiant, neque fortuitò, & ſuâ ſponte res eveniant, neque etiam ad noſtrum arbitrium tota vita noſtra diſponatur; ſed quæcunque peccamus in iis, quæ noſtri ſunt arbitrii, ea ad voluntatem noſtram referantur, & quæcunque ſequuntur peccata ſecundùm juſtitiæ leges, ea fato adſcribantur; bona autem illa, quæ à Deo primitùs dantur, providentiæ debeantur; nihil verò, quod in rerum naturâ exiſtit, ad caſum & fortunam ortum ſuum referat; imò nec eorum quicquam, quæ fiunt, niſi quòd eventu quidem, & ex complicatione eorum, quæ providentia, & fatum, & voluntas antecedentèr efficiunt, fortuitum illud primas illas efficientes Cauſas ſubſequatur. Exempli gratiâ; vult judex homicidam punire, & non huncce hominem, ſed & hunc punit, quem nolebat, cùm in homicidarum numerum ſe confert. Atque ſententia ejus primaria eſt contra homicidam, eventu autem contra huncce hominem, qui ſponte ſuâ perſonam homicidæ ſuſcedit, hanc Carminis δαιμονίαν τύχην ſignificare, & τεχνικῶς complecti θείαν ἐπιστασίαν, & ψυχῆς αὐτεξούσιον, unà cum hâc ejus προβιοτῆ, ſeu, ἀθανασίᾳ. Illi igitur horum τεχνικὴν συμπλοκὴν diſſolvunt, & totius argumentationis fundamentum tollunt, qui vocem ἀθάνατον hîc rejiciunt. Hujuſmodi autem τεχνικὴ εὕρεσις videtur eſſe in καταχθόνιοι δαίμονες, verſu tertio, prout ab Hierocle explicatur.

[124] διατίθεσθαι] MS Med. Coll. Gud. hanc nobis lectionem ſuppeditavit; quæ potior viſa eſt, quàm, τίθεσθαι, in Editt. prior.; ſic enim hoc verbo utitur in Lib. de providentiâ, ubi dicit, non tale eſſe τὸ ἡμέτερον αὐτεξούσιον, ut poſſit τὰ ἀνθρώπινα πάντα διατίθεσθαι, ὡς βούλεται. ap. Phot. Cod. 251. col. 1393.

φονέως πρόσωπον. Καὶ πάλιν, Ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος φονεῦσαι μὲν ἐβούλετο, δοῦναι δὲ ἐπὶ τούτῳ δίκας οὐκ ἤθελεν. Ὥστε καὶ ἐπὶ τούτου γίνεσθαι προηγουμένην μὲν τὴν φονικὴν διάθεσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ αὐτεξουσίου τῆς ψυχῆς ἠρτημένην· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἐπακολουθεῖν τὰς ἐπὶ ταύτῃ στρεβλώσεις τε καὶ αἰκίας. Τούτων δὲ πάντων αἴτιος ὁ νόμος, ὁ καὶ τῷ δικαστῇ τὴν προαίρεσιν τοῦ κολάζειν τοὺς φαύλους ἐνθείς, καὶ τῷ φονεῖ τὴν τιμωρὸν ψῆφον ἐπάγων. Ταυτὸ δή μοι τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς θείας ἐπιστασίας λογίζου· προαιρέσεως ἀνθρωπίνης δρᾶσαι κακὰ βουληθείσης, καὶ προαιρέσεως νομοφυλάκων δικαστῶν ἐπανορθοῦσθαι τὰ κακὰ πάσῃ μηχανῇ πειρωμένης, τὴν συνδρομὴν ΔΑΙΜΟΝΙΑΝ ΤΥΧΗΝ ἀποτελεῖν, καθ' ἣν ὁ τὰ τοιάδε εἰργασμένος τῶν τοιῶνδε γίνεται ἄξιος τιμημάτων· τοῦ μὲν προηγεῖσθαι τὰ φαῦλα εἰς τὸ αὐτεξούσιον τοῦ κρινομένου τὴν αἰτίαν ἀναφέροντος, τοῦ δὲ ἑπομένου τῇ ἀξίᾳ τιμήματος εἰς τὴν τῶν κρινόντων νομοφυλακικὴν ἐπιστήμην· τούτων δὲ συναγωγέα εἶναι τὸν νόμον, τὸν ἀγαθὰ μὲν εἶναι πάντα κατὰ δύναμιν, φαῦλον δὲ μηδὲν εἶναι, διατεταγμένον. Οὗτος γὰρ προϋφεστὼς ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητι οὐκ ἐᾷ ἀνευθύνους εἶναι τοὺς κακούς, ἵνα μὴ ἐμμένον τὸ κακὸν εἰς ἀναισθησίαν παντελῆ τῶν ἀγαθῶν ἐλάσῃ, ὧν τὴν ἀναγκαίαν ὑπόμνησιν ἡ παρὰ τῶν νομοφυλάκων δίκη χορηγεῖ. Συνάγει οὖν ὁ νόμος, ὡς εἴρηται, τοὺς πεφυκότας κρίνειν, καὶ τοὺς πεφυκότας κακοῦσθαι, δι' ἀμφοτέρων [125] τὸ οἰκεῖον ἀπεργαζόμενος ἀγαθόν. Εἰ γὰρ τὸ διδόναι δίκην τοῦ μὴ διδόναι ἐστὶ λυσιτελέστερον, καὶ

πρὸς

pit. Contrà autem, cædem patrare ſceleratus voluit, ſed hujus pœnas dare non voluit: adeo ut in hoc etiam præceſſerit truculenta affectio ab animi libertate dependens; hanc verò eventu tormenta & verbera ſubſecuta fuerint. Horum autem omnium cauſa eſt lex, quæ & judici voluntatem improbos puniendi indit, & homicidæ ſupplicium decernit. Hoc verò ipſum de animadverſione etiam divinâ reputes; nempe cùm voluntas humana ſceleribus patrandis dedita ſit, judicum autem legis cuſtodum voluntas ſcelera omni modo corrigere conetur, ex eorum concurſu effici DIVINAM illam FORTUNAM, ſecundùm quam is, qui talia admiſit, talibus pœnis dignus evadit: (quippe malorum electio cauſam in voluntatem ejus, qui judicatur, rejicit; pœna verò, quæ pro meritis rependitur, eam ad judicum in legibus tuendis ſcientiam refert:) horum autem conciliatricem eſſe legem, quæ ſtatuit, ut omnia, quantum poteſt, bona ſint, malum autem nihil: Hæc enim in Dei bonitate præexiſtens, non ſinit inultos eſſe malos; ne malum permanens omnem demum bonorum ſenſum extingueret, quorum recordationem pœnæ à legum vindicibus inflictæ neceſſariam reddunt. Lex igitur, uti diximus, judices ſimul cum delinquentibus introducit, ut ex utriſque bonum ſibi proprium efficiat. Si enim pœnas dare, quàm non dare, eſt utilius, & pœna ad

[125] τὸ οἰκεῖον——ἀγαθὸν] ſc. τὸ κόψαι τὴν κακίαν, ut in ſequentibus dicit.

πρὸς σωφρονισμὸν τῆς ἀμελείας τῶν κακῶν ἡ δίκη βλέπει· δῆλον ὅτι, πρὸς τὸ ὠφελεῖν καὶ ὠφελεῖσθαι, [126] συνήρμοσεν ὁ νόμος τὰ δύο ταῦτα γένη· τὸ μὲν κριτικὸν, ὡς νομοφυλακικὸν, τοῦ ἑτέρου προτάξας· τὸ δὲ ἁμαρτάνειν καὶ κρίνεσθαι πεφυκὸς, ὡς παρανομητικὸν, τῷ ἀμείνονι παραδοὺς γένει, κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτὸ μεταχειρίζεσθαι, ὅπως ἂν εἰς ἀνάμνησιν καὶ ἔννοιαν ἔλθῃ ποτὲ τοῦ νόμου, [127] δι' οὗ πάσχει κακῶς. Ὃν γὰρ ἐν τῷ πράττειν κακῶς ἀπηρνοῦντο, τοῦτον ἐν τῷ πάσχειν κακῶς ἐπιποθοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. Οἷον, ὁ ἀδικῶν οὐ βούλεται εἶναι Θεὸν, ἵνα μὴ τὸ διδόναι δίκην, ὥσπερεί τινα Ταντάλου λίθον ἐπικρεμάμενον, ἔχῃ· ὁ δὲ ἀδικούμενος βούλεται εἶναι Θεὸν, ἵν' ἐπικουρίας ὧν πέπονθε τύχῃ. Διὸ τοὺς ἀδικοῦντας εἰς τὸ ἀδικεῖσθαι περιστῆναι δεῖ, ἵν' ὁ μὴ ἔβλεπον ἐν τῷ δρᾷν, τῷ τῆς πλεονεξίας πάθει μεθύοντες, ἐν τῷ πάσχειν μεταμάθωσι, τῷ τῆς ἐλαττώσεως ἀνιαρῷ παιδευόμενοι· εἴ γε καλῶς ὑπέχοιεν δίκας. Εἰ δὲ τῇ ἰταμότητι τῆς προαιρέσεως ἔτι κακύνοιντο, αὐτοὶ μὲν ἴσως ἧττον ὠφελοῦνται· παράδειγμα δὲ πᾶσι γίνονται πάντως παιδευτικὸν τοῖς εὖ φρονοῦσι, καὶ διαισθάνεσθαι δυναμένοις τὰς αἰτίας τῶν τοιούτων παθῶν. Ταύτας τῆς κρίσεως ἀρχὰς κυριωτάτας ἀποδεχόμεθα, τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, τὸν ἀπὸ ταύτης Νόμον, τὸν ἐν ἡμῖν παραγινόμενον Ὀρθὸν Λόγον, καὶ, ὥσπερ τινὰ ἔνοικον Θεὸν,

πλημ-

[126] *Συνήρμοσεν*] Hoc recepimus è MS Med. Coll. Gud. pro *δίδωσιν*, quod exhibent Editt. priores. *Συνήρμοσεν*, i. e. *Συνῆγεν*. Sic enim ſuprà dicit τὸν νόμον συναγωγέα εἶναι τοῦ κρινομένου & τοῦ κρίνοντος, & paulò poſt, Συνάγει ὁ νόμος τοὺς πεφυκότας κρίνειν, καὶ τοὺς πεφυκότας κακύνεσθαι.

[127] δι'

corrigendam malorum enormitatem ſpectat; manifeſtum eſt, legem duo iſta genera, alterum ut juvet, alterum ut juvetur, conjungere, ac illud, quod judicat, tanquam legis cuſtodem, alteri præficere; id verò quod naturâ comparatum eſt, ut peccet atque judicetur, præſtantiori tradere, ut ipſum, tanquam legis violatorem, pro merito tractet; adeo ut legem, per quam malis afficitur, in memoriam demum, mentemque revocet. Quam enim, cùm malè agebant, homines repudiabant, eam, cùm mala patiuntur, expetunt: exempli gratiâ, ille qui facit injuriam, non vult Deum eſſe, ne vindictam, velut Tantali ſaxum, ſemper ſibi impendentem habeat; at is, qui Injuriâ afficitur, Deum vult eſſe, ut ejus auxilio à malis, quæ patitur, vindicetur. Oportet igitur eos, qui Injuriam inferunt, ipſos injuriâ affici, ut quod in eâ inferendâ, lucri cupiditate inebriati, non videbant, id patiendo addiſcant, damni vexatione edocti, ſi modò rectè ſupplicium ferant. Sin autem ex protervitate voluntatis in malo perſeverent, minus ipſi fortaſſe commodum percipiunt; at exemplum certè præbent, quo doceantur alii, qui ſapiunt, & qui ejuſmodi perpeſſionum cauſas perſentiſcere queunt. Primaria igitur judicii fundamenta hæc agnoſcamus, Dei ſcilicet bonitatem, Legem ab eâ manantem, & rectam, quæ nobis ineſt, rationem violatam, &, tanquam domeſticum quen-

[127] δι' ὃ] Ferri quidem potuit ſatis commodè priorum lectio, δι' ὧν, ſed aptior nobis viſa eſt hæc MSti M. Coll. Gud. δι' ὃ, ſc. νόμου, & ſic legit Auriſpa, *per quam*. Ita poſtea dicit, τὸν νόμον κολάζειν κακὸν, & κόψαι τὴν κακίαν.

πλημμελούμενον· ἀποτέλεσμα δὲ τῆς κρίσεως, ΤΑ ΑΛΓΕΑ, ὥς φησι, ταῦτα, ὅσα τραχύτερον ἡμῖν ποιεῖ τὸν βίον τὰ περὶ σῶμά τε καὶ τὰ ἐκτὸς λύμαις· ἃ δὴ ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ ὁ παρὼν εἰσηγεῖται λόγος ἐνθυμουμένους τὰς αἰτίας αὐτῶν, καὶ ὅσον οἷόν τε περικόπτοντας, καὶ μετατιθέντας εἰς ὠφέλειαν τὰ δοκοῦντα βλαβερά· μάλιστα μὲν τῶν θείων ἀγαθῶν ἑαυτοὺς ἀξίους παρέχεσθαι διὰ τῆς ἀκροτάτης ἀρετῆς. [128] Εἰ δέ τις τούτων οὔπω ἐν ὀρέξει, τῶν γοῦν πολιτικῶν ἀγαθῶν διὰ τῆς μέσης ἀρετῆς τυγχανέτω. Τοῦτο γὰρ ἦν, ὃ, πρὸς τὸ πάσχειν καλῶς τὰ ΑΛΓΕΙΝΑ, καὶ ΙΑΣΘΑΙ αὐτὰ, ἐπιτατόμεθα. Τίς οὖν ἡ ΙΑΣΙΣ, ἢ τὰ προειρημένα πάντα, ἀφ' ὧν καὶ ἡ εὐλόγιστος τῶν ἀλγεινῶν ὑπομονὴ, καὶ ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος ὑποδείκνυται; Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων, ὅτι ὁ Θεὸς, νομοθέτης ὢν ἅμα καὶ δικαστὴς, τίθεται μὲν τὰ ἀγαθὰ, ἀναιρεῖ δὲ τὰ κακά· διὸ καὶ [129] πάντη κακῶν ἐστιν ἀναίτιος· τοὺς δὲ κακωθέντας [130] αὐτεξουσίοις ὁρμαῖς, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ὀρθὸν λόγον ἀμνημονήσαντας, ὡς μὲν κακοὺς κολάζει τῷ νόμῳ τῷ ἀπαγορεύοντι τὰ κακά· ὡς δὲ ἀνθρώπους, τῇ ἐπεισιούσῃ ἐπιπλοκῇ τοῦ νό-

μου

[128] εἰ δέ τις τούτων οὔπω ἐν ὀρέξει] Revocamus lectionem, quam exhibebant Editt. Paris. & Lond., quæ recta planè eſt. Editor autem Cant., more ſuo, pro τις temerè ſuppoſuit τι. quamobrem verò? quia, inquit, *in MSS Gall. malè ſcribitur* τὸ, mira profectò ratio. Cæterum altera eſt lectio MSti Med. Coll. Gud., quæ mihi quidem maximè placet, ſc. εἰ δέ τῳ τοῦτο οὔπω ἐν ὀρέξει, i. e. *ſi cui hoc nondum deſiderio ſit*, nempe, τῶν θείων ἀγαθῶν ἑαυτὸν ἄξιον παρέχεσθαι διὰ τῆς ἀκροτάτης ἀρετῆς, nam ad totam ſententiam aptiſſimè refertur illud τοῦτο. Hanc autem lectionem confirmat Auriſpæ verſio, *ſi hoc nondum*, atque etiam illud τὸ in MSS Gall., quod non pro τι (ut vult Editor Cant.) ſed

pro

dam Deum, injuriâ affectam: Judicii autem effecta, ΑΛΓΕΑ illa, uti vocat, quæcunque aſperiorem nobis vitam corporis malis, atque externis vexationibus, faciunt; quæ quidem Carmen hîc patientèr nos ferre docet, illorum cauſas reputantes, & quantum poſſumus, præcidentes, atque ea, quæ noxia videntur, in noſtrum commodum transferentes: præcipuè verò cœleſtibus bonis noſmet per ſummam virtutem dignos præſtare. Si quis autem horum nondum deſiderio afficitur, civilia ſaltem bona mediæ virtutis ope comparet. Hoc enim illud eſt, quod ad CALAMITATES rectè ferendas, eaſque SANANDAS, nobis præcipitur. Quodnam igitur eſt iſtud REMEDIUM, niſi antedicta illa omnia, quibus & tolerantia ærumnarum rationi conſentanea, & ſanandi methodus demonſtratur? Eorum verò, quæ dicta ſunt, ſumma eſt, quòd Deus, qui legiſlator ſimul atque judex eſt, ea ponit, quæ bona ſunt; mala autem tollit: adeo ut ille malorum cauſa nequaquam ſit; ſed eos, qui voluntariò in vitia ſe ingurgitaverint, rectamque in ſe rationem neglexerint, tanquam improbos, ſecundùm legem, quæ mala prohibet, pœnis afficiat, tanquam homines verò, ſecundùm eam legis cum voluntate

pro τω ſcriptum videtur; nam hæc ſcribarum incuriâ in Codicibus ſæpe invicem permutari notiſſimum eſt; atque ita haud ſemel in ipſo Hierocle mutata è Codice ſuo edidit Curterius.

[129] πάντη κακῶν ἐστιν ἀναίτιος] Sic Simplic. in Epict. p. 24. Ed. L. Bat. παντοίας ὁ Θεὸς κακίας ἀναίτιος ἐστι, & p. 184. λαμπρᾷ τῇ φωνῇ βοῶμεν, ὅτι ὁ Θεὸς κακίας ἀναίτιος. Ita & ipſe Hierocles, apud Stobæ. Ecl. Eth. fin., ὁ Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς κακῶν αἴτιος ἐστι.

[130] αὐτεξουσίοις] Ita rectè habet MS Med. Coll. Gud. pro αὐτεξουσίαις, quod exhibebant Editt. priores.

complicationem,

μου πρὸς τὴν προαίρεσιν, ἣν δὴ ΤΥΧΗΝ καλοῦμεν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἄνθρωπον, κολάζει ὁ νόμος, ἀλλ' ἢ κακόν. Τοῦ δὲ κακὸν γενέσθαι τὴν πρώτην αἰτίαν εἶχεν ἡ προαίρεσις· ἐπειδὰν δὲ κακὸς γένηται, (ὅπερ ἦν ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ Θεῷ) τότε δίδωσι δίκας (ὅπερ ἦν ἐπὶ τῷ θείῳ νόμῳ, ἀλλ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν). Σκοπὸς δὲ τοῦ νόμου μόνος ἂν εἴη [131] πρέπων τε Θεῷ, καὶ ἡμῖν ἐπωφελής, τὸ [132] κόψαι τὴν κακίαν, καὶ ἀποκαθᾶραι τοῖς παντοδαποῖς τῆς δίκης σωφρονισμοῖς, καὶ ἐπιστρέψαι τὴν ὑποπεσοῦσαν τῇ πονηρίᾳ ψυχὴν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ ὀρθοῦ λόγου. Καὶ οὕτως ἑστῶτος τοῦ νόμου, καὶ τὰ αὐτὰ ἀεὶ φθεγγομένου, τὴν ἀξίαν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ἄλλοτε ἄλλην ποιήσας οὐ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τυγχάνει· οὐ γὰρ δίκαιον τοῦτό γε, οὐδὲ ἡμῖν συμφέρον. Τὴν δὲ μεταβολὴν τῆς κρίσεως ἡ τοῦ κρινομένου μεταβολὴ δίδωσι· τὸν γὰρ μὴ τὸν αὐτὸν διαμείναντα πῶς τῶν αὐτῶν ἐστιν ἄξιον; [133] ΚΑΛΩΣ ΦΕΡΕΙΝ οὖν τὰς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ δεῖ, καὶ ΜΗ ΑΓΑΝΑΚΤΕΙΝ διδόντα δίκην, καὶ, ὅσον ἐπὶ τῇ θείᾳ κρίσει, καθαιρόμενον, διὰ τῶν δοκούντων ἐμποδίων εἶναι πρὸς εὐπάθειαν τοῦ τῆδε βίου. Ὁ δὲ πιστὸς λογισμὸς ΙΑΣΙΣ τε γίνεται τῶν προημαρτημένων, καὶ ἐπιστροφὴ πρὸς τὸν συνυπάρχοντα ἡμῖν λόγον ὀρθόν· πῶς γὰρ ὁ κακίας εἶναι καρποὺς τὰ ἀλγεινὰ τιθέμενος, οὐ φεύξεται τὴν εἰς ταῦτα καταγαγοῦσαν αὐτὸν αἰτίαν, καὶ, εἰ δεῖ χαλεπαίνειν

ἐν

[131] πρέπων τε Θεῷ —] Ita recipimus è MS Med. Coll. Gud., quod melius videtur, quam τῷ Θεῷ, in priùs Editis,

[132] κόψαι] MS Med. Coll. Gud. legit διακόψαι, quod magis fortaſſe tibi placeat.

[133] κα-

complicationem, quam utique FORTUNAM nominamus. Lex enim hominem ſimplicitèr, quatenus homo eſt, non punit, ſed quatenus malus eſt. Prima autem cauſa, cur quis malus fieret, ipſius fuit voluntas: poſtquam verò malus factus eſt, (quod noſtri erat arbitrii, non autem ex Deo) tunc pœnas dat (quod ex lege divinâ fit, non autem noſtri eſt arbitrii). Solus verò Legis ſcopus, & Deo dignus, & hominibus utilis, eſt vitiorum coercitio, & per omnimodas Juſtitiæ caſtigationes expurgatio, atque animi in vitium prolapſi converſio ad rectæ rationis recordationem. Cum igitur ita fixa ſit Lex, eademque ſemper loquatur, is eadem ſemper conſequi nequit, cujus merita ſubinde variantur; neque enim illud juſtum eſſet, neque nobis utile. Judicii verò mutationem facit ejus, qui judicatur, mutatio: Quo enim pacto ille, qui non idem manet, iiſdem dignus habeatur? Igitur PATIENTER FERENDA EST DIVINA FORTUNA; nec INDIGNARI oportet eum, qui pœnas luit, &, quoad poteſt divinum judicium, purgatur per ea, quæ hujus vitæ voluptatibus obſtare videntur. Hujuſmodi verò conſideratio eſt & priorum delictorum MEDELA, & ad rectam, quæ nobis ineſt, rationem, converſio: Quî enim fieri poteſt, ut is, qui credit vitiorum fructus eſſe dolores, non cauſam devitet, quæ eum in illos

133 *καλῶς φέρειν*] Legendum opinor *πρᾴως*, ut habet verſus, & ſæpe repetit Hierocles; atque ſic planè Auriſpa, *æquo animo*; quin & ipſe Curter. vertit, *æquo animo*; adeo ut Typothetæ ſphalma tantùm videatur hîc *καλῶς*, pro *πρᾴως*, etſi aliquo quidem modo rectè ſtare poteſt, ut in ſuperioribus, *νοσεῖν καλῶς*, & *πένεσθαι καλῶς*, pag. 82. Hoc autem Lectoris arbitrio permittimus.

impulit,

ἐν τοῖς λυπηροῖς, ἑαυτῷ μᾶλλον οἰήσεται δεῖν χαλεπαίνειν, ἢ τῷ κωλύοντι τὴν πονηρίαν Θεῷ διὰ τῶν ὀργάνων τῆς δίκης, δι᾽ ὧν ἐστι [134] συνιέναι καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι, οἷον ἣν ἀρετὰ ἀγαθὸν μὴ ἀφίστασθαι τῶν θείων νόμων, μηδὲ ἑκόντας κακιοῦσθαι. Οὐ γὰρ ὡς ἔτυχε τὰ ἀλγεινὰ τοῖς ἀνθρώποις διανέμεται, εἴπερ Θεὸς καὶ δίκης ὅροι προεστήκασιν ἡμῶν, τὴν ἀξίαν ΜΟΙΡΑΝ ἐφ᾽ ἑκάστοις ἐπάγοντες· διὸ, καὶ τὸ οὐ ΠΑΝΥ ΤΟΙΣ ΑΓΑΘΟΙΣ ΤΑ ΑΛΓΕΙΝΑ ξυμπίπτειν, εὔλογον. Πρῶτον μὲν γὰρ ΟΙΣΟΥΣΙΝ αὐτὰ ΠΡΑΩΣ τῇ διαρεσίᾳ τῆς θείας κρίσεως, καὶ τῇ τῆς ἀρετῆς προσκλήσει, δι᾽ ἣν πρᾳότερα μὲν τὰ χαλεπὰ γίνεται. [135] Καὶ εὔελπις δὲ τοῦ λοιποῦ ὁ βίος μηδαμῶς ἐνοχλήσειν ἡμᾶς τὰ τοιαῦτα, εἴπερ ἀγαθοῖς γινομένοις, κατὰ μὲν τὴν ἀκροτάτην ἀρετὴν, τὰ θεῖα ἀγαθὰ ἡμῖν ἀπέκειται, κατὰ δὲ τὴν μέσην ἕξιν, τὰ ἀνθρώπινα. Ἔπειτα καὶ ΙΑΣΟΝΤΑΙ ΚΑΤΑ ΔΥΝΑΜΙΝ τὰ τοιαῦτα ἐξ αὐτοῦ τοῦ ΦΕΡΕΙΝ ΠΡΑΩΣ, τὰς μεθόδους τῆς θεραπείας αὐτῶν διδασκόμενοι. Πῶς γὰρ οἷόν τε τῶν ἱεραῖς ἰκετείαις θεοπρεπῶς χρήσασθαι, μὴ πρόνοιαν καὶ δίκην ἐφορᾶν τὰ ἀνθρώπινα τιθεμένους, καὶ [136] τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἀθάνατον οὖσαν τοιούτων ἑκάστοτε τυγχάνειν τῶν ἔξωθεν, οἵων ἂν ἑαυτὴν ἀξίαν παράσχοιτο ἐκ τῶν προαιρετικῶν κινημάτων; Ὁ γὰρ μὴ εἰς ταῦτα ἀναφέρων τὴν παροῦσαν ΜΟΙΡΑΝ, πόθεν τοῦ ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ

[134] ξυνιέναι] Sic MS Med. Coll. Gud., quod, cùm tempore conveniat cum ἀναμιμνήσκεσθαι, prætulimus priùs Edito, ξυνεῖναι.

[135] καὶ εὔελπις δὲ] MS Med. Coll. Gud. habet εὔελπιςος δὲ ſine καὶ.

[136] τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἀθάνατον οὖσαν]

impulit, & (ſi in miſeriis decet indignari) ſibi potiùs ſuccenſendum eſſe arbitretur, quam Deo, qui vitium iis Juſtitiæ inſtrumentis caſtigat, unde quis intelligere & recordari poſſit, quantum fuiſſet bonum non deviâſſe à divinis legibus, neque voluntariò ſe in vitia ingurgitâſſe? Non enim fortuitò calamitates diſtribuuntur hominibus, ſi quidem Deus, juſtitiæque leges nobis præſunt, & meritam ſingulis SORTEM tribuunt: quamobrem par eſt, ut non ITA MAGNÆ BONIS CALAMITATES accidant: Primùm enim eas FERENT PATIENTER, quia judicio divino adquieſcunt, & virtutis poſſeſſione gaudent, per quam mitiora fiunt ea, quæ moleſta ſunt; quin & bona Spes affulget in reliquam vitam nos talibus nequaquam perturbatum iri; quandoquidem nobis bonitati addictis, ſi ſummam virtutem aſſequamur, divina bona, ſi habitum medium, humana reſervantur. Prætereâ SANABUNT quoque illa, QUOAD POSSUNT, eo ipſo, PATIENTER FERENDO, hanc ea curandi methodum edocti. Quo enim modo ii ſacris ſupplicationibus Deo dignis uti poſſunt, qui non agnoſcunt providentiam, atque Juſtitiam rebus humanis præeſſe, & animum noſtrum, cum ſit immortalis, externa illa ſemper nanciſci, quibus ſe ex voluntariis motibus dignum præbuerit? Nam qui SORTEM præſentem ad hæc non retulerit, unde ille eam PATIENTER FERENDI facultatem acquirere,

ὄσαι] Sc. à parte ante; de quâ ψυχῆς ἀθανασίᾳ ſatis ſuprà diximus, in Not. 115, & 123, atque ejus apud Hieroclem in hoc argumento uſum à Caſauboni Bentleiique ſuſpicionibus, quas hîc recoquit Editor Cant., vindicavimus.

ΦΕΡΕΙΝ αὐτὴν τὰς ἀφορμὰς λήψηται; πόθεν δὲ τοῦ ΙΑΣΘΑΙ τὴν τέχνην; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Εὐαρεστῆσαι μὲν γὰρ αὐτόθεν τοῖς τοιούτοις οὐκ ἔστιν, ὡς ἀδιαφόροις, ἢ καὶ ἀμείνοσι τῶν ἐναντίων, ἐπειδὴ παρ' ἑαυτῶν φαῦλα εἶναι φαίνεται, ἀλγεινὰ ὄντα καὶ ἐπίπονα. Τὰ δὲ τοιαῦτα οὐ προσίεται ἡμῶν ἡ φύσις, [137] ὡς τὰ δι' ἑαυτὰ αἱρετά, εἰ μὴ ἄρα ἀγαθόν τι προσδοκώμενον εἴη ἐπὶ τῇ τληπαθείᾳ τῶν δυσχερῶν. Ἀνάγκη οὖν δυσχεραίνειν, καὶ δυσαρεστίας ἐμπίπλασθαι, καὶ προσεπιτείνειν τὰ ἀλγεινὰ ἐκ τῆς περὶ τὴν οὐσίαν ἡμῶν ἀγνοίας, καὶ οὐδὲν μὲν ἧττον διδόναι δίκας· τὴν μεγίστην δὲ ἐπικτᾶσθαι κακίαν, ἐὰν ἀπρονόητον τὸ πᾶν, ἢ κακῶς φροντιζόμενον, οἰηθῶμεν. [138] Τοῦτο δὲ ταυτόν ἐστι τῷ μὴ οἴεσθαι εἶναι Θεόν· ἢ ὄντα μὴ προνοεῖν· ἢ προνοοῦντα μὴ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ δίκαιον· ἃ δὴ τῆς παντοδαπῆς ἀσεβείας ἐστὶ συνεκτικώτατα, καὶ πρὸς πᾶσαν κακίαν συνωθοῦντα τὸν τοῖς τοιούτοις ἑαλωκότα δοξάσμασιν. Ὡς γὰρ ἡ εὐσέβεια μήτηρ τῶν ἀρετῶν ἀνεφάνη, οὕτω καὶ πάσης κακίας ἡγεμὼν ἡ τῆς εὐσεβείας ἀπόπτωσις. Μόνος οὖν ἐξευρήσει τούτων τὴν ΙΑΣΙΝ ὁ ΠΡΑΩΣ αὐτὰ ΦΕΡΕΙΝ ἐκδεδιδαγμένος· Τοῦτο δὲ διὰ φιλοσοφίας μόνης παραγίνεται, τὰς πάντων τῶν ὄντων οὐσίας ἀκριβῶς ἐπισταμένης, καὶ τὰς ἑπομένας ταῖς οὐσίαις αὐτῶν ἐνεργείας, ὧν εἱρμὸς καὶ σύνταξίς ἐστιν ἡ τῶν ὅλων διοίκησις, ἀφ'

ἧς

137 ὡς τὰ δι' ἑαυτὰ —] Sic MS Med. Coll. Gud., quod magis placuit, quàm lectio priorum, ὡς δι' αὐτά.

138 τοῦτο δὲ ταυτόν ἐστι τῷ μὴ οἴεσθαι εἶναι Θεὸν ——] Huic conſimile dicit Juſtin. Mart. in Apol. 1. Sect. 36, εἰ δέ τις ἀπι-

στεῖ

quirere, aut unde MEDENDI artem ediſcere poterit, dici nequit. Neque enim in talibus confeſtim datur acquieſcere, quaſi indifferentia eſſent, aut etiam contrariis meliora, quia per ſe fugienda planè ſunt, ut quæ gravia ſint, & moleſta: ea autem, quæ ejuſmodi ſunt, natura noſtra non, ut per ſe eligenda, admittit, niſi boni ſit aliquid, quod ex malorum patientiâ expectetur. Neceſſe eſt igitur, ut ea ægrè feramus, & triſtitiâ impleamur, atque ex naturæ noſtræ ignorantiâ dolores adaugeamus, & nihilominus pœnas demus; atque ut maximâ noſmet improbitate implicemus, ſi mundum providentiâ non gubernari, aut malè adminiſtrari, exiſtimaverimus: Hoc verò idem eſt, atque Deum non eſſe putare; vel, ſi ſit, minimè providere; vel denique, ſi provideat, bonum & juſtum non eſſe; quæ quidem nullum non impietatis genus complectuntur, eumque, cui tales inſederunt opinationes, ad ſcelera quælibet impellunt. Sicut enim virtutum mater eſt pietas in Deum: Sic vitiorum omnium dux eſt impietas. Horum igitur MEDELAM is ſolus invenerit, qui ea FERRE PATIENTER didicerit. (Id autem per Philoſophiam ſolam efficitur, quæ rerum omnium naturas, & operationes, quæ earum naturas conſequuntur, exactè novit; quarum inter ſe connexio, & ordinatio eſt illa uni-

ϛεῖ μέλειν τούτων τῷ Θεῷ, ἢ μὴ εἶναι αὐτὸν ὁμολογήσει, ἢ ὄντα χαίρειν τῇ κακίᾳ φήσει, ἢ λίθῳ ἐοικότα μένειν, καὶ μηδὲν εἶναι ἀρετὴν, μηδὲ κακίαν· ὅπερ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστί. Sed de his, quæ optimè paucis hîc declarat Hierocles, conſulas velim Platonem fuſiùs differentem in lib. 10. de Legibus, & Simplicium in Epict. Enchir. cap. 38. Ed. L. Bat.

ἧς καὶ τὰς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ ἀπονέμεσθαι ἀνάγκη· εἶναι δὲ τὴν ἑκάστῳ ἀπονεμηθεῖσαν ἀξίαν, τὴν νῦν λεγομένην ΜΟΙΡΑΝ, ἠρτημένην τῆς τε προνοίας τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς κοσμικῆς εὐταξίας, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως. Εἰ γὰρ μὴ εἴη Θεοῦ πρόνοια, οὐκ ἂν εἴη τάξις ἐν κόσμῳ, ἣν καὶ εἱμαρμένην ἂν εἴποι τις. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα εἴη, δίκη καὶ κρίσις τῶν κακῶν οὐκ ἂν γένοιτο· ἀλλ' οὐδὲ τιμὴ καὶ ἀποδοχὴ τῶν ἀγαθῶν. Προνοίας δὲ οὔσης, καὶ τάξεως, πάντας ἔδει τοὺς νῦν γινομένους τῶν ἴσων ἀγαθῶν ΤΥΓΧΑΝΕΙΝ, εἰ μηδὲν παρ' ἑαυτῶν εἰς τὴν ἀνισότητα συνετέλεσαν. Φαίνονται δὲ οὐ τῶν ἴσων τυγχάνοντες. Δῆλον οὖν, ὡς τὸ τῆς προαιρέσεως ἄνισον, ὑποβληθὲν τῇ τῆς προνοίας κρίσει, οὐκ ἐᾷ τὴν ἴσην αὐτοῖς ἀπονέμεσθαι ΜΟΙΡΑΝ, εἴγε τὴν πρὸς ἀξίαν ἀνάγκη τυγχάνειν. Μὴ ταραττέτω δὲ ἡμᾶς τὸ, καὶ ἐπὶ ζώων ἀλόγων, καὶ φυτῶν, καὶ αὐτῶν τῶν ἀψύχων τὴν αὐτὴν ἀνωμαλίαν ἐπιφαίνεσθαι, ἣν καὶ ἐπ' ἀνθρώπων. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο τὰ καθ' ἡμᾶς ἀπρονόητα, εἴγε ἐκείνοις ταῦτα, ὡς ἔτυχε, συμβαίνει· ἢ καὶ ἐπ' ἐκείνων δίκη καὶ κρίσις, καὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἐκλογισμοὶ, ἐπεὶ τὰ καθ' ἡμᾶς οὕτως ἠκρίβωται. Πρῶτον μὲν γὰρ τὰ ἄψυχα οὕτως ἔγκειται ὡς κοινὴ ὕλη φυτοῖς, καὶ ζώοις, καὶ ἀνθρώποις· ἔπειτα τὰ φυτὰ ζώοις καὶ ἀνθρώποις κοινὴ τροφὴ πρόκειται, καὶ ἔνια δὲ ζώων ζώοις τε καὶ ἀνθρώποις. Διὸ καὶ ποιεῖ ταῦτα εἰς ἄλληλα, οὐ τὴν τῶν πασχόντων ἀξίαν ἐπισκεπτόμενα, ἀλλὰ τὴν αὐτῶν πεῖναν, ἢ τὴν νόσον θεραπεύοντα, καὶ ὅλως τὸ ἐνδεὲς αὐτῶν πληροῦντα,

ὅθεν

verſi adminiſtratio, à quâ & DIVINAS FORTUNAS diſpenſari neceſſe eſt) mercedem verò cuique pro meritis tributam, SORTEM eſſe nunc dictam, quæ à Dei Providentiâ, & recto mundi ordine, atque hominum voluntate dependet. Si enim nulla eſſet Dei Providentia, nullus eſſe poſſet in mundo ordo, quod & fatum quis appellet: Si hæc verò abeſſent, nullum poſſet eſſe jus, & de ſceleratis judicium; imò nec bonorum præmium & comprobatio. Poſitis verò Providentiâ atque ordine, oportuit omnes jam natos æqualibus bonis FRUI, ſi nihil a ſeipſis quo inæqualia fierent, contuliſſent: apparet autem, eos æqualia non conſequi; manifeſtum igitur eſt, voluntatis inæqualitatem, quæ providentiæ judicio ſubjicitur, obſtare quo minus æqualis eis SORS diſtribuatur, ſi quidem eos meritis digna conſequi neceſſe eſt. Verùm ne nos id conturbet, quòd in brutis quoque animalibus, & plantis, & ipſis etiam inanimis eadem, quæ in hominibus, appareat inæqualitas. Non enim ideo res noſtræ providentiâ deſtituuntur, quia illis hæc fortuitò contingunt; neque etiam inter illa jus, & judicium, & virtutis vitiique rationes valent, quoniam res noſtræ ad normam illam exiguntur. Primùm enim inanima ità in medio poſita ſunt, ut communis materia plantis, & animalibus, & hominibus; deinde plantæ in commune alimentum animalibus, & hominibus exponuntur; quin & animalia nonnulla animalibus, atque hominibus: Quapropter hoc modo ſe invicem tractant, non conſideratis eorum, quibus nocent, meritis, ſed ut famem ſuam, vel morbum, ſedent; atque ut omnino deſiderium ſuum, undecunque poſſunt,

ὅθεν ἂν τοῦτο ποιεῖν ἐξῇ. Ὥστε δυστυχίας ἀφορμὴν εἶναι τοῖς ζώοις τὴν ἡμετέραν χρείαν ἐκ τῶν παρατυχόντων πληρουμένην, καὶ τῆς δοκούσης ἀτυχίας αὐτοῖς αἴτιον τὸ παρ' ἡμῶν προσπαθές. Εἰ μὲν οὖν προϊὼν ὁ λόγος καὶ ἄλλους κρείττονας ἡμῶν τινας [139] ἀντεισήγαγεν, οὕτως ἀποχρωμένους ἡμῖν πρὸς πλήρωσιν τῆς ἑαυτῶν ἐνδείας, ὡς ἡμεῖς τοῖς ἀλόγοις φαινόμεθα χρώμενοι, θνητοὺς ἐκείνους ἔδει ὁμολογεῖν, καὶ φαίνεσθαι τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων εἰς τὴν ἐκείνων χρείαν ἀναλισκόμενα. Εἰ δὲ μηδὲν τῶν περὶ ἀνθρώπου θνητὸν (ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἔσχατος ὢν τῶν λογικῶν γενῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἀθάνατος εἰς σῶμα θνητὸν ἐκ περιστάσεως ἔρχεται, καὶ συγγενές τι τοῖς ἀλόγοις ἀναλαβὼν ὄργανον ἐπὶ γῆς πολιτεύεται) οὐδὲν ἂν εἴη, τὸ ταῖς ἡμετέραις δυστυχίαις εἰς τὴν ἑαυτοῦ θοίνην ἀποχρησόμενον· οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἀτέχνως χρησόμενον ἡμῖν προθυμίᾳ πληρώσεως. Δίκη τοίνυν καὶ τάξις [140] τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀθανάτοις τοὺς ὅρους τῆς περὶ ἡμᾶς διοικήσεως νεμεθέλει, ταῦτα μηχανᾶσθαι περὶ ἡμᾶς, ἃ τήν τε ἐνταῦθα κακίαν ἡμῶν ἐλαττοῖ, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐπιστρέφειν ἡμᾶς δύναται. Κήδονται γὰρ ἡμῶν, ὡς συγγενῶν, ἐκπεσόντων. Ὅθεν αἰδὼς, καὶ νέμεσις, καὶ αἰσχύνη ἀποτρέπουσαι τῶν κακῶν, ἀνθρώπους μόνους ἐπιστρέφεσθαι λέγονται ὀρθῶς. Τὸ γὰρ λογικὸν ζῶον μόνον συναισθάνεσθαι τῆς δίκης πέφυκε. Τοῖς μεγίστοις οὖν ὅροις διεστῶτας ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἀλόγων διεστώσῃ πάμπολυ καὶ τῇ διοικήσει χρῆσθαι προσήκει. Σύμμετρος γὰρ ταῖς οὐσίαις τῶν [141] ὅλων καὶ ὁ τῆς προνοίας θεσμός· καὶ ὡς ἕκαστα ὑπέ-

ςη

[139] ἀντεισήγαγεν] MS Med. malim hîc τινας ἂν εἰσήγαγεν. Coll. Gud. legit εἰσῆγεν. Sed

140 τοῖς

expleant; adeo ut animalibus infelicitatis occaſio ſit noſtra indigentia, quæ è quibuſlibet occurrentibus expletur; atque felicitatis quâ frui videntur, cauſa ſit noſtra in eis oblectatio. Si igitur progreſſa oratio, & alios quoſdam viciſſim nobis præſtantiores induxiſſet, qui nobis eodem modo, quo nos planè brutis, uterentur, ad deſiderium ſuum explendum, mortales eos eſſe agnoſcere oporteret, hominumque corpora in eorum uſum conſumpta videri. Quod ſi nihil, quod homine ſuperius eſt, morti obnoxium ſit (ſiquidem ipſe in rationalium genere ultimus exiſtens, atque ideo immortalis, in mortale corpus ex lapſu venit, aſſumptoque organo quodam brutis cognato in terrâ verſatur) nihil eſſe queat, quod miſeriis noſtris ad ſuas epulas abutatur; atque adeo nihil, quod nobis utatur inordinatè ad cupiditatem ſuam explendam. Juſtitia igitur, & ordo, immortalibus illis, qui nobis præſunt, ſuæ circa nos adminiſtrationis leges præſcribunt; ut ea in nobis efficere conentur, quæ & noſtram hîc pravitatem minuant, & ad ſe nos reducant: de nobis enim, tanquam de cognatis lapſis, ſolliciti ſunt. Quâ de cauſâ pudor, & caſtigatio, & dedecus, quibus à malis avertimur, homines ſolos reſpicere rectè dicuntur: ſolum enim rationale animal juſtitiæ ſenſu affici poteſt. Nos ergo, qui intervallo longiſſimo à brutis ſecernimur, gubernationis etiam modo longè diverſo tractari oportet. Nam & providentiæ lex entium naturis

140 τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀθανάτοις] Sc. δαίμοσιν αἰθερίοις, quos ἐπιμελητὰς ἡμῶν appellavit, uti nos ſuperiùs notavimus, in Not. 114.

141 ὕλαν] Nos hîc, præter morem noſtrum, rei ipſius evidentiâ coacti, pro ὕλῃ in priùs

K 2 Editis

στη παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ προνοίας ἀξιοῦται. Φαίνεται δὲ, ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, ἑκάστην αὐτὸς ὑποστήσας· ἐπὶ δὲ τῶν ἀλόγων μόνα γένη, προλειπών τῇ διαπλαττούσῃ αὐτὰ φύσει, ὡς Πλάτωνι δοκεῖ, καὶ Τιμαίῳ τῷ Πυθαγορείῳ, οὐδὲν μὲν προσεχὲς τῶν θνητῶν δημιούργημα εἶναι τοῦ Θεοῦ τιθεμένοις, τὰς δὲ ἀνθρωπίνας ψυχὰς γίνεσθαι [142] ἐκ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος τοῖς τε ἐγκοσμίοις Θεοῖς, καὶ τοῖς Δαίμοσιν, ἢ τοῖς ἀγαυοῖς Ἥρωσι· διὸ πρόνοια ἐπ' ἀνθρώπων ἐστὶ καθ' ἕνα ἕκαστον, πῶς ἀφίσαται τῶν ἐκεῖ· πῶς πρὸς τὰ τῆδε νεύει· πῶς ἐνταῦθα πολιτεύεται· πῶς ἂν ἐντεῦθεν ἀνακομισθείη ἐκεῖσε· ὧν οὐδὲν δεῖ [143] περὶ τῆς ἀλόγου ζωῆς πραγματεύεσθαι. Οὔτε γὰρ ἦλθεν ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι Θεῷ· οὔτε ἐπὶ γῆς δύναται πολιτεύεσθαι, [144] ὡς φυτὸν οὖσα οὐράνιον· οὔτε [145] πρός τι ξυνόνομον ἄστρον ἀνάγεσθαι πέφυκε. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸ παρὸν ἀπολελογήσθω ἡμῖν πρὸς τοὺς δυσχεραντικοὺς, καὶ πανταχόθεν τὸ ἀπρονόητον κατασκευάζοντας· πρὸς οὓς καὶ ταῦ-

τα

Editis legimus ὄντων. Nam phraſis illa, οὐσίαι τῶν ὅλων, abſona planè eſt, & à philoſophis minimè uſurpata. Illi enim nunquam de τῶν ὅλων, i. e. τοῦ παντὸς, (quod unum eſt) οὐσίαις loquuntur; ſed de partium ejus, τῶν ὄντων ſc., οὐσίαις differunt, & oſtendunt quo modò πάντα τὰ ὄντα ταῖς οὐσίαις ſpeciatim diſtincta unum illud, τὸ πᾶν, conſtituunt. Atque de hâc τῶν ὄντων ſecundùm naturas diſtinctione loquitur hic planè Hierocles, dicens, τὸ λογικὸν ζῶον ens eſſe φύσει diſtinctum ἀπὸ τῶν ἀλόγων, atque adeo diverſam διοίκησιν requirere, quia providentiæ lex ταῖς οὐσίαις τῶν ὄντων, i. e. *entium naturis*, congrua eſt. Quin & de hac re ſuprà locutus Hierocles, pag. 126, hâc ipſâ phraſi uſus eſt, ubi dicit philoſophiam τὰς πάντων τῶν ὄντων οὐσίας ἀκριβῶς ἐπίσασθαι, καὶ τὰς ἑπομένας ταῖς οὐσίαις αὐτῶν ἐνεργείας, ὧν εἱρμὸς καὶ σύνταξίς ἐστιν ἡ τῶν ὅλων διοίκησις. Hanc autem & veram & neceſſariam eſſe lectionem è multis poſthac notandis porro apparebit.

[142] ἐκ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος] Sic Plato

naturis congrua eſt; & ſingula, prout à conditore Deo conſtituta ſunt, providentiâ ejus fruuntur. Videtur autem Deus in hominibus ſingulas ipſe animas creâſſe; in brutis autem ſola genera naturæ eorum formatrici propoſuiſſe, uti Platoni, Timæoque Pythagorico placet; qui nihil, quod morti eſt obnoxium, à Deo immediatè conditum fuiſſe ſtatuunt; animas autem humanas ex eodem cratere, quo mundani Dii, & Dæmones, ſive illuſtres Heroes, factas eſſe: quâ de cauſâ circa unumquemque hominem providentiæ cura verſatur; quomodo ſcilicet à ſuperis diſcedat; quomodo in hæc terrena inclinet; quomodo hic degat; quomodo hinc demum illuc reducatur: quorum nihil de animâ rationis experte comminiſci oportet. Neque enim illa huc venit, quando Deum amplius ſequi non valuit; nec poteſt in terrâ verſari, ut quæ planta cœleſtis ſit; neque naturâ talis eſt, ut ad aſtrum aliquid ſibi congruum reducatur. Atque hæc quidem à nobis adverſus querulos, qui quovis modo ſublatam volunt providentiam, in præſens dicta ſunto; ad quos & hæc jure dicantur, hominum ſcilicet mores ex eo apparere rationi conſentaneos, quòd res adverſas

Plato in Timæo pag. 41. πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν, ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων. In quæ verba vide Procli Comment. pag. 314, —. Similia autem his habet ipſe Timæus in Libro περὶ ψυχᾶς κόσμω.

143 περὶ τῆς ἀλόγου ζωῆς] i. e. de animabus ἀλόγων ζώων. Illa autem, quæ ſequuntur, è Platonis Phædro ſumta ſunt, p. 248.

144 ὡς φυτὸν οὐκ οὐράνιον] Sic Plato in Timæo pag. 90. ἡμᾶς αἴρει, ὡς ὄντας φυτὸν οὐράνιον. Ad quæ reſpicit Palladas in Epigrammate,

'Αλλ' ὁ Πλάτων σοὶ τῦφον ὀνειρώττων ἐνέφυσεν,
Αθάνατόν σε λέγων, καὶ φυτὸν οὐράνιον. Anthol. 1. 81.

145 πρός τι ξύννομον ἄστρον ἀνάγεσθαι] Hæc ſunt Platonis verba in Timæo p. 42, in quæ vide Procli Comment. p. 319.

τα εἰπεῖν δίκαιον, ὅτι [146] ἐκ τοῦ ΠΡΑΩΣ τὰ δυσχερῆ ΦΕΡΕΙΝ ὁ ἀνθρώπινος τρόπος ἐλλόγιστος ἀναφαίνεται, καὶ πρὸς τὸ παρὸν ἐπελαφρύνων τὰ δυσχερῆ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἰώμενος. Ὑμεῖς δὲ ἀγανακτοῦντες τί καὶ ὀνήσετε, εἰ μὴ μόνον προσθείητε τοῖς πόνοις τὸ μέγιστον τῶν κακῶν ἀσέβειαν, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ χαλεπὰ τραχύτερα ἑαυτοῖς ἐξεργάσησθε τῷ παρὰ τὴν ἀξίαν πάσχειν αὐτὰ δοκεῖν; Ὁ γὰρ νοσῶν, ἐὰν ἀγανακτῇ ὅτι νοσεῖ, δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον νοσήσει. Διὸ οὐδὲ χαλεπαίνειν δεῖ πρὸς τὴν ἀξίαν τῆς ἀποδόσεως γινομένης, ἵνα μὴ καὶ χειρόνων ὧν ἔχει γινώμεθα, διὰ τὴν ἐπὶ τοῖς παροῦσι βλάσφημον δυσφορίαν. Σκεψώμεθα δὲ αὐτὸ καὶ τῇδε· εἴτις πενίαν λαβὼν ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙ, πρὸς τῇ ἀπὸ τῆς πρᾳότητος ἀλυπίᾳ, καὶ ἐξευρήσει τινὰ τοῦ βίου παραμυθίαν· τοῦτο μὲν, τοῦ λογισμοῦ πόρον ἐξευρίσκοντος ἐλλόγου διατροφῆς, τῷ μὴ συγκεχύσθαι τῇ λύπῃ· τοῦτο δὲ, ἀγαμένων αὐτὸν τῶν πλησίον τῆς ἔμφρονος καρτερίας, καὶ συνεκποριζόντων, ὅση δύναμις, τὰ ἀναγκαῖα πρὸς τὸν βίον. Ὁ δὲ ΑΓΑΝΑΚΤΩΝ, καὶ γυναικείως πικραινόμενος, πρῶτον μὲν [147] ἑκουσίας λύπας προσκτᾶται· ἔπειτα προσδεδεμένος τῷ τὴν πενίαν πενθεῖν, ἄπορος παντελῶς γίνεται, οὔτε παρ' ἑαυτοῦ τι σχολάζων εἰς πόρον συμβάλλεσθαι, οὔτε παρὰ τῶν πλησίον συντελούμενος, ὅσον μὴ ἐλέου χάριν αὐτῷ τις προσρίψειεν· ὃ πάλιν ἐκ τῆς διαθέσεως τοῦ διδόντος ἐπιτείνει τὴν λύπην τῷ εἰς τοῦτο χρείας καταστάντι. Ἐκ πάντων οὖν τῶν εἰρημένων ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ δεῖ τὰ συμβαίνοντα, καὶ

ΟΣΗ

146 ἐκ τοῦ πρᾴως ——] Editor Cant. addidit hic μὲν, ſc. ἐκ μὲν τοῦ,

PATIENTER FERENDO, eas & in præſens allevent, & remedium earum in futurum parent. Vos autem qui indignamini, quid tandem proficietis, niſi quòd impietatem, malorum omnium maximum, calamitatibus veſtris addatis; atque ipſas etiam ærumnas vobis eò aſperiores faciatis, quòd eis præter merita vos affici exiſtimatis? Is enim, qui morbo laborat, ſi ob morbum indignetur, eo ipſo graviùs laborabit. Non eſt itaque ſuccenſendum, ſi pro meritis remuneramur, ne per maledicam in præſentibus querimoniam, in deteriorum etiam habitum prolabamur. Conſideremus verò rem iſtam hoc quoque modo: Si quis paupertate gravatus, eam FERAT PATIENTER, ille non ſolùm doloris levamen ex æquanimitate, ſed vitæ etiam ſolatium aliquod inveniet, partim, quòd ratio modum victûs, qui conveniat, excogitabit, ſi dolore non obruatur; partim, quòd vicini, patientiæ ejus prudentiam admirantes, ei ſuppeditabunt, quantum poſſunt, illa, quæ ad vitam neceſſaria erunt. Is verò, qui INDIGNATUR, & muliebritèr exacerbatur, primùm dolores ſponte ſibi arceſſit, deinde in lugendâ paupertate defixus omni prorſus ope deſtituitur; cùm nec ipſi vacet, ſubſidii aliquid ſibi corrogare, nec à vicinis quicquam ei conferatur, niſi quod præ miſericordiâ quiſpiam illi projecerit; quod tamen ex dantis affectu dolorem ejus auget, quem tanta urget penuria. Sequitur igitur, ex antedictis omnibus, nos Caſus adverſos ÆQUO ANIMO FERRE debere, eiſque QUANTUM

 POSSUMUS,

τῦ, ſed unde non dicit, nec eo opus eſt.

147 ἰκυσίας λύπας] Editt. priores habent ἰκυσίως, ſed nobis magis

ΟΣΗ ΔΥΝΑΜΙΣ ΙΑΣΘΑΙ δεῖ, τὰς ἀδιαστρόφοις ἐννοίαις τὰς αἰτίας αὐτῶν ἐκλογιζομένους, καὶ συνορῶντας, ὅτι προνοίας οὔσης, οὐκ ἀμελεῖται ὁ ἀγαθὸς νοῦν [148] γινόμενος, κἂν [149] παλαιῶν μηνιμάτων ἐφέλκηται στίγματα. Καὶ αὐτὸ γὰρ τὸ κλᾶσθαι τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ ἐπίπονον αὐτῶν διαφεύγει, καὶ τὴν ΙΑΣΙΝ ἐξευρίσκει, παρ' ἑαυτοῦ μὲν τὴν βοήθειαν τῆς ἀλυπίας εἰσφέρων, παρὰ δὲ τῆς προνοίας τὴν ἀπόλυσιν τῶν χαλεπῶν κομιζόμενος. Ἡ γὰρ ἡμετέρα κακία, καὶ κρίσις θεία τιμωρουμένη τὴν πονηρίαν, τὰ χαλεπὰ συνεφόρησεν· εἰκότως δὲ ταῦτα λύεται πάλιν ἀρετῇ τε ἡμετέρᾳ, καὶ νόμῳ προνοίας, ἀπολύοντι τῶν κακῶν τοὺς παρ' ἑαυτῶν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπιδεδωκότας. Τοσαῦτα ἂν λάβοιμεν καὶ ἐκ τούτων τῶν Ἐπῶν δόγματα πρὸς ἀρετῆς στοιχείωσιν συντελοῦντα. Τοὺς γὰρ περὶ Προνοίας, καὶ Εἱμαρμένης, καὶ Τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ἀληθεστάτους λόγους περιέχοντα ἀναπέφηνε, δι' ὧν τὸ τῆς τῶν φαινομένων ἀνωμαλίας δύσκολον ἀπευθύνεν ὁ λόγος, καὶ διὰ πάντων ἀπέδειξε τῶν κακῶν ἀναίτιον τὸν Θεόν. Εἰ δέ τις ταῦτα τοῖς προτέροις ἐπισυνάψειεν, εἷς ἐκ πάντων ἀναφανήσεται λόγος, τὴν τῆς [150] ψυχῆς ἀϊδιότητα βεβαιούμενος. Τὸ γὰρ δικαιοσύνην ἀσκεῖν, καὶ γενναίως ἀποθνήσκειν, καὶ περὶ τὰ χρήματα ἐλευθερίως διακεῖσθαι, τοῦ μὴ συναποθνήσκειν

τῷ

magis placuit lectio MS Med. Coll. Gud., ἑκουσίας. Ita ipſe Hierocles alibi, ἑκουσία πενία, &, ἑκούσιαι λῦπαι.

[148] γινόμενος] Ita rectiùs MS Med. Coll. Gud., quàm γινόμενος in Editt. prioribus.

[149] παλαιῶν μηνιμάτων ——] Sc. τῶν ἐκ προβιότης, quæ ab Hierocle in Lib. de providentiâ vocantur παλαιῶν ἁμαρτημάτων ἀμοιβαὶ, ap. Phot. Cod. 251. Sic Jamblic. de Myſt. Sect. 4. c. 4.

POSSUMUS, MEDERI, cauſas eorum recto judicio expendentes, & conſiderantes, quòd, cùm præſit nobis providentia, is non omnino negligitur, qui nunc factus eſt bonus, quamvis veteris iræ ſtigmata retineat: nam per ipſam virtutis adeptionem, eorum etiam moleſtiam effugit, & MEDICINAM invenit, dum ex ſeipſo doloris levamen comparat, & à providentiâ malorum liberationem nanciſcitur. Noſtra enim improbitas, & Dei improbitatem ulciſcentis judicium, calamitates induxerunt; hæ verò rurſus jure diſſolvuntur per virtutem noſtram, & providentiæ legem, quæ eos malis liberat, qui ſponte ſuâ virtuti ſe dediderint. Tot ſanè vel ex hiſce verſibus præcepta haurire queamus, quæ ad virtutis eruditionem conferant. Hi enim videntur Providentiæ, & Fati, & liberi Arbitrii, veriſſimas rationes complecti, è quibus nos inæqualitatis, quæ in rebus apparet, difficultatem explicavimus, & malorum culpam in Deum non omnino recidere demonſtravimus. Quòd ſi quis hæc cum ſuperioribus conjungat, una ex omnibus apparebit ratio, quæ animi æternitatem confirmet: nam ad hæc ſtabilienda, juſtitiam ſcilicet eſſe colendam, & mortem contemnendam, & affectus erga divitias moderandos, omnino id ponendum eſt, animum, ut jam diximus, non unà cum corpore interire:

4. *τιμωρίαν ἐπάγουσι στοχαζόμενοι τῶν ἐν προτέροις βίοις ἁμαρτημάτων.* Atque ita ipſe Plato in Phædro pag. 244. meminit *νόσων καὶ πόνων δι' ἁμαρτήματα ἐκ μηνιμάτων που θεῶν ἔν τισι γενομένων.*

150 *ψυχῆς ἀϊδιότητα*] Sc., ejus *ἀθανασίαν* tam à parte ante, quàm à parte poſt, ut mox ſequitur. Utramque enim docuit Pythagoras, ut in ejus vitâ narrat Porphyrius pag. 24. Ed. Kuſt. & ſic quidem ipſe Plato in Phœdone.

τῷ σώματι τὴν ψυχὴν μάλιστα χρήζει πρὸς κατασκευήν, ὡς ἤδη εἴρηται. Τὸ δὲ τὰς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ, καὶ ΙΑΣΘΑΙ ΔΥΝΑΣΘΑΙ, τοῦ μὴ συγγενᾶσθαι τῷ σώματι τὴν ψυχὴν νοῦν ἐφάνη [151] δεόμενον· ἐκ δὲ ἀμφοτέρων τὸ γενέσεως καὶ φθορᾶς κρείττονα εἶναι τὴν ψυχὴν ἀποδείκνυται, καὶ ἑτέραν οὐσίαν παρὰ τὸ θνητὸν σῶμα, αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν οὖσαν ἀΐδιον. Οὐ γὰρ [152] οἷόν τέ ἐστιν ἀπό τινος χρόνου προελθόν τι εἰς γένεσιν εἰς ἀεὶ διαμένειν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἐξ ἀϊδίου τὴν ὑπόστασιν ἔχον ποτὲ φθορὰν ἀναδέξασθαι. Εἴπερ οὖν μετὰ τὴν τοῦ σώματος φθορὰν ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ διαμένουσα δίκης καὶ κρίσεως τυγχάνει, καὶ τῶν ἐπιτηδευθέντων ἐν τῷ βίῳ τὰς πρὸς ἀξίαν ἀμοιβὰς ἀποδέχεται, οὐχ οἷόν τε δὲ εἰς ἀεὶ διαμένειν τὸ ἀπὸ χρόνου γενόμενον· δῆλον, ὡς καὶ πρὸ τούτου ἦν τὸν ἅπαντα χρόνον. Καὶ οὕτω τῶν ἀϊδίων [153] γεννημάτων τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ καὶ ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀνευρίσκεται, ὅθεν αὐτῇ καὶ τῆς θείας ὁμοιώσεως μέτεστιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τούτο μετρίας ὑπομνήσεως ἔτυχε, καιρὸς ἂν εἴη καὶ τὰ λοιπὰ ἐπισκέψασθαι.

ΠΟΛΛΟΙ

[151] δεόμενον] Notat hîc Editor Cant., *malè hoc repræſentari*, δεόμενον, *in Editt. prioribus*; cùm Londinenſis tantùm ſit erratum, & Ed. Paris. rectè exhibeat δεόμενον. Vides igitur haud injuriâ dictum à nobis eſſe ſuprà, cum raro admodum conſuluiſſe Editionem Curterii. Paris. 1583.

[152] οὐχ οἷόν τέ ἐστι ἀπὸ χρόνου προελθόν τι —— εἰς ἀεὶ διαμένειν] Ita diſputant & alii philoſophi; atque hoc quidem φυσικῶς veri ſpeciem habet, ſepoſitâ dei voluntate; at eo volente, τὸ ἀπὸ χρόνου προελθὸν poteſt εἰς ἀεὶ διαμένειν, idque de ipſis Diis agnoſcit Plato in Timæ. p. 41. ἐπεὶ γεγένησθε.

ut autem DIVINAS FORTUNAS ÆQUO ANIMO FERRE, iiſque MEDERI POSSIMUS, requiritur, uti modò oſtendimus, ut animus corpori non ſit congenitus: ex utroque verò demonſtratur animum generationis & corruptionis expertem eſſe, diverſumque à mortali corpore ens, ipſum per ſe perpetuò exiſtens. Neque enim fieri poteſt, ut id in æternum duret, quod ſui a tempore aliquo ortûs principium duxerit; quemadmodum neque corruptionem unquam id admittat, quod ab æterno exſtiterit. Quandoquidem igitur animus poſt interitum corporis ſuperſtes, pœnam atque judicium ſubit, & eorum, quæ geſſit in vitâ, mercedem pro meritis percipit: & fieri nequit, ut id ſemper permaneat, quod cœpit aliquando exſiſtere, manifeſtum eſt, animum ante hoc corpus ſemper exſtitiſſe: Atque ita inter æterna opificia conditoris Dei humanus etiam animus reperitur, unde & ipſe divinæ ſimilitudinis particeps eſt. Cùm verò de hâc etiam re ſatis dictum ſit, tempus eſt, ut reliqua quoque conſideremus.

γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν· οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὔτε τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ, καὶ ἰσχυροτέρου λαχόντες.

[153] γεννημάτων] Hoc recipimus è MS Med. Coll. Gud., quod rectius planè eſt, quàm δημιουργημάτων in Editt. prioribus. Sic Simplic. procem. in Epict., ὁ ψυχὴν γεννήσας δημιουργός. Et Proclus in Plat. Timæ. p. 116. πᾶσα ψυχὴ γέννημά ἐστι τοῦ θεοῦ. Sic & ipſe Hierocles ap. Phot. Cod. 251. τὸ πρῶτον τῶν τοῦ δημιουργοῦ γεννημάτων.

MULTI

ΠΟΛΛΟΙ Δ᾽ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣΙ ΛΟΓΟΙ ΔΕΙΛΟΙ ΤΕ ΚΑΙ ΕΣΘΛΟΙ ΠΡΟΣΠΙΠΤΟΥΣ᾽, ΩΝ ΜΗΤ᾽ ΕΚΠΛΗΣΣΕΟ, ΜΗΤ᾽ ΑΡ᾽ ΕΑΣΗΣ ΕΙΡΓΕΣΘΑΙ ΣΑΥΤΟΝ· ΨΕΥΔΟΣ Δ᾽ ΗΝ ΠΕΡ ΤΙ ΛΕΓΗΤΑΙ, ΠΡΑΩΣ ΕΙΚΕ.

Ἡ ἀνθρωπίνη προαίρεσις μήτ᾽ ἐν ἀρετῇ ἀεὶ ἑστῶσα, μήτ᾽ ἐν κακίᾳ, καὶ τοὺς διὰ φωνῆς προϊόντας ΛΟΓΟΥΣ ἐπαμφοτερίζοντας ἀπεγέννησεν, ὡς ἐοικότας ταῖς ἐναντίαις αὐτῆς διαθέσεσι. Διὸ τῶν ΛΟΓΩΝ ἐγένοντο [154] οἱ μὲν ΑΛΗΘΕΙΣ, οἱ δὲ ΨΕΥΔΕΙΣ, οἱ δὲ ΑΓΑΘΟΙ, οἱ δὲ ΚΑΚΟΙ. Ἡ δὲ διαφορὰ αὕτη ἐπιστημονικῆς δεῖται διακρίσεως, ὅπως τοὺς μὲν ἀμείνονας ἐκλεξώμεθα, τοὺς δὲ χείρους ἀποβάλωμεν, καὶ μήτε μισολογίαν νοσήσωμεν παντελῆ, διὰ τὴν τῶν χειρόνων ΛΟΓΩΝ κατάγνωσιν, μήτε ἀδιακρίτως πάντας εἰσδεξώμεθα, διὰ τὴν τῶν ἀμεινόνων ἀποδοχήν. Ἐπεὶ γὰρ τῇ μὲν μισολογίᾳ τὸ καὶ τῶν ἀγαθῶν ΛΟΓΩΝ ἑαυτοὺς ἀποστερεῖν, τῇ δὲ ἀκρίτῳ φιλολογίᾳ, τὸ λανθάνειν βλαπτομένους ὑπὸ τῶν κεκακουργημένων λόγων. Φιλολογίαν γοῦν ἀσκήσωμεν μετὰ κρίσεως τῆς ἀρίστης, ἵνα [155] ἡ μὲν φιλία ἕλκῃ τὸ γένος τῶν ΛΟΓΩΝ, ἡ δὲ κρίσις ἀπωθῆται τὰ χείρονα.

154 οἱ μὲν ἀληθεῖς, οἱ δὲ ψευδεῖς, οἱ δὲ ἀγαθοὶ, οἱ δὲ κακοὶ] In hunc ordinem revocavimus verba, οἱ δὲ ψευδεῖς, ope MS Med. Coll. Gud., quæ in Editt. prioribus ultimo loco malè collocantur.

155 ἡ φιλία ἕλκῃ τὸ γένος] Pro his Curter. in margine appoſuit, ἡ φιληκοΐα πᾶν ἕλκῃ τὸ γένος, quæ non ipſius ſolùm conjecturæ (ut ait) ſed Codicibus, quos contulit, deberi videntur; nam ſic ferè habuit etiam Codex Venetus,

MULTI VERO INTER HOMINES TAM MALI QUAM BONI SERMONES INCIDUNT, QUIBUS NEC PERCELLARIS, NEC AB IIS SINAS TEIPSUM EXCLUDI; SI QUID AUTEM FALSI DICATUR, LENITER CEDE.

Voluntas humana nec in virtute, nec in vitio, ſemper permanens, SERMONES etiam voce edit utrique conſonos; quippe qui contrariis ejus affectionibus reſpondeant: unde ſit, ut SERMONUM alii ſint VERI, alii FALSI; alii autem BONI, alii MALI. Hæc autem diverſitas prudentem poſtulat diſtinctionem, ut meliores seligamus, deteriores autem rejiciamus; & neque omnes prorſus SERMONES odio habeamus propter malorum averſationem; nec ob bonorum ſtudium, quoſlibet ſine diſcrimine admittamus: Quandoquidem ex SERMONUM omnium averſatione ſequitur, ut illis etiam, qui BONI ſunt, noſmet privemus, ex eorum autem ſtudio indiſtincto, ut pernicioſorum noxam non ſentiamus. Cum optimo igitur judicio (φιλολογίαν) SERMONUM ſtudium exercebimus, ſi ipſum audiendi deſiderium ſermones omnigenos laceſſat, judicium autem eos, qui deteriores ſunt, rejiciat.

tus, quem Latinè vertit Auriſpa, ſc., *ut audiendi voluntas omne ſermonum genus capiat*; nihil enim intereſt, niſi quòd pro, ἕλκῃ τὸ, Auriſpa legiſſe videatur, ἕλοιτο, neque id quidem malè, etſi melior eſt lectio Curteriana, ſive (ut declarat) conjectura, atque receptæ lectioni planè anteferenda, ſc., ἡ φιληκοΐα πᾶν ἕλκῃ τὸ γένος.

Atque

χείρονα. Καὶ οὕτω τὸ Πυθαγορικὸν τηρήσομεν παράγγελμα, μήτε ἐκπληττόμενοι τοὺς πονηροὺς τῶν ΛΟΓΩΝ, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι λόγοι εἰσὶν, ἀκρίτως αὐτοὺς εἰσδεχόμενοι· [156] μήτε τῶν ΑΓΑΘΩΝ ΕΙΡΓΟΜΕΝΟΙ, διότι λόγοι ἦσαν ὁμοίως τοῖς χείροσι. Πρῶτον μὲν γὰρ [157] οὐχὶ, ἢ λόγοι, μεταδιώκοιντο, ἀλλ' ἢ ἀληθεῖς· οὐθ' οἱ ἕτεροι καταγινώσκοιντο, ὡς λόγοι, ἀλλ' ὡς ΨΕΥΔΕΙΣ. Ἔπειτα κἀκεῖνο θαρσῶς ἂν [158] εἴποιμεν, ὡς μόνοι λόγοι εἰσὶν οἱ ἀληθεῖς. Μόνοι γὰρ τῆς λογικῆς οὐσίας τὸ ἀξίωμα τηροῦσι, καὶ εἰσι γεννήματα ψυχῆς πρὸς τὸ ἄριστον ἀνατεταμένης, καὶ τὸν οἰκεῖον κόσμον κεκτημένης· οἱ δὲ ψευδεῖς τῶν λόγων οὐδὲ ΛΟΓΟΙ ὄντως εἰσὶ, πρὸς γὰρ κακίαν καὶ ψευδοδοξίαν φέροντες, καὶ τὴν ἐνέργειαν τῶν ΛΟΓΩΝ ἠρνήσαντο, καὶ εἰσιν ἠλογημένης ψυχῆς, καὶ πάθεσι συμπεφυρμένης, φωναί. Μήτε οὖν πάντας καταδέχου, φησὶν, ἵνα μὴ καὶ τοὺς ΨΕΥΔΕΙΣ· μήτε πάντας ἀπόβαλε, ἵνα μὴ καὶ τοὺς ἀληθεῖς. Ἑκάτερον γὰρ ἄτοπον, τούς τε ἀγαθοὺς μισῆσαι σὺν τοῖς χείροσι, καὶ τοὺς ΨΕΥΔΕΙΣ προσίεσθαι διὰ τοὺς ἀμείνους. Δεῖ δὴ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἐπαινεῖν, καὶ εἰσδεξαμένους αὐτοὺς ἀσκεῖσθαι, καὶ ζητεῖν ὅπη καὶ ἐφ' ὅσον τῆς ἀληθείας ἐφάπτονται, πρὸς δὲ τοὺς ΨΕΥΔΕΙΣ τὴν ἀγωνιστικὴν δύναμιν κτήσασθαι, αὕτη δ' ἂν εἴη ἡ χορηγουμένη

156 μήτε] Sic MS Med. Coll. Gud., quod rectè reſpondet præcedenti μήτε, recepimus igitur loco οὔτε, in Editt. prioribus.

157 οὐχὶ, ἢ λόγοι, —— οὐθ' οἱ ἕτεροι——] Malè ſe habere videtur hic locus; nihil enim in primis apparet, cui reſpondeant οἱ ἕτεροι. Igitur pro οὐχὶ legendum eſſe opinor, ΟΥΘ ΟΥΤΟΙ, ſc. οἱ ἀγαθοὶ (de quibus proximè locutus eſt) οὐθ' οἱ ἕτεροι, i. e. πονηροί.

158 εἴποιμεν,

Atque ita Pythagoricum præceptum obſervabimus, neque malos SERMONES admirantes, eoſque ob id ipſum, quia ſermones ſunt, temere amplectentes; neque à BONIS DETERRITI, quia ſermones ſunt, æque ac mali. Primùm enim neque hi quà ſermones, ſed quà veri, ſunt captandi; neque illi, ut ſermones, ſed ut FALSI, ſunt rejiciendi: Deinde & illud confidenter dicamus, eos ſolùm eſſe ſermones, qui veri ſunt: Soli enim illi naturæ rationalis conſervant Dignitatem, & ex animo procedunt in id, quod optimum eſt, intento, ſuumque decorem obtinente: illi autem, qui falſi ſunt, ne SERMONES quidem reverà ſunt; cùm enim ad vitium opinionesque falſas ducant, non ſolùm à SERMONUM genuino uſu recedunt, ſed & animi ratione deſtituti, & affectibus contaminati, voces ſunt. Neque igitur omnes, inquit, amplectere, ne & FALSOS; neque omnes rejice, ne & veros. Utrumque enim eſt abſurdum, tum bonos odiſſe unà cum pejoribus, tum FALSOS admittere propter meliores. Oportet utique bonos laudare, eoſque admiſſos in animo verſare, & quærere quomodo, & quantum veritati conſonent; adverſus eos autem, qui FALSI ſunt, concertatoriam facultatem adhibere

158 *εἴποιμεν, ὡς μόνοι λόγοι*] Ita ſe reſtituiſſe dicit Editor Cant. è MSS Gall. & Auriſpâ, ſc. *εἴποιμεν* pro *εἴπομεν*, & *μόνοι* pro *μόνον*. Verùm *εἴποιμεν* exſtabat priùs in Ed. Paris., & *εἴπομεν* erat erratum tantùm in Edit. Lond., quam ille, ut ſuprà notavi, ſolam conſuluit. *μόνοι* autem, quod è MSS Gall. exhibuit, non ab Auriſpâ confirmatur, qui vertit, *ſolum*, i. e. *μόνον*, ut in Editt. prioribus; quod quidem ſatis commodè retineri potuit.

(eam

γνωμένη ἐκ τῆς λογικῆς ἐπιστήμης εἰς διάκρισιν ἀληθείας καὶ ψεύδους· δυναμένους ἢ καὶ ἀνατρέπειν τὰ ΨΕΥΔΗ, μήτε σφοδρῶς, μήτε ὑβριστικῶς τοῦτο ποιεῖν· ἀλλὰ σὺν πραότητι τὴν ἀλήθειαν διώκειν, καὶ μετὰ δυσφημῶν ἐλέγχων τὸ ΨΕΥΔΟΣ ἀνατρέπειν, καί, ὡς αὐτό φησι [159] τὸ Ἔπος, ΨΕΥΔΟΣ Δ' ΗΝ ΠΕΡ ΤΙ ΛΕΓΗΤΑΙ, ΠΡΑΩΣ ΕΙΚΟΝΤΑΣ, οὐ συγχωροῦντας οὕτως ἔχειν, ὡς λέγεται, ἀλλὰ ἀοργήτως ἀκούοντας. Οὐ γὰρ συγκατατίθεσθαι δεῖν λέγει τῷ ΨΕΥΔΕΙ τὸ ΠΡΑΩΣ ΕΙΚΕ, ἀλλ' ἀνεξικακῶς ἀκροᾶσθαι, καὶ μὴ ἐκπλήττεσθαι, εἰ ἄνθρωποι ὄντες τινὲς τῆς ἀληθείας ἀποπεπτώκασιν [160] ἀλυσιτελῶς. [161] Γόνιμος γὰρ ἡ ἀνθρώπων φύσις πολλῶν διαστρόφων δοξασμάτων, ὅταν μὴ ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ὀρθῶς ἕπηται. Οὐδὲν οὖν, φησὶν ὁ Λόγος, θαυμαστόν, εἰ ἄνθρωπος μηδὲν τῶν ἀληθῶν μήτε μαθών, μήτε εὑρών, εἰς τοῦτο τῆς ἀπονοίας ἦλθε, καὶ ἔθετο δόξας ὑπεναντίας τῇ ἀληθείᾳ. Τοὐναντίον γὰρ ἦν θαυμαστόν, εἰ μήτε μανθάνειν, μήτε ζητεῖν, ἐθέλων τις, αὐτομάτως τῇ ἀληθείᾳ περιέτυχεν, ὥσπερ ἐκ τραγῳδίας Θεῷ τινι [162] ἀναφανέντι. Δεῖ οὖν συγγνωμονικῶς

